III 9

INSCRIPTIONES BAIVARIAE · ROMANAE

SIVE

INSCRIPTIONES · PROV · RAETIAE

ADIECTIS · ALIQVOT · NORICIS · ITALICISQVE

MANDATV · ACADEMIAE · REGIAE · MONACENSIS

EDIDIT

ET · LVCE · REDDENDAS · CVRAVIT

FRIDERICVS · VOLLMER

CVM · TABVLIS · LXXVI

MONACI · A · P · CHR · 1915
NEGOTIANTE · ACADEMIA · REGIA · MONACENSI
CVRIS · G. FRANZ (I · ROTH)

Bayerische Akademie der Wissenschaften
Bibliothek

PRAEFATIO

Inscriptiones Raeticas tractare aggressus sum quia me miserebat et pudebat videre, quam multi quotannis a litterarum universitate Monacensi in patriam discedant philologi et historici docturi pueros adulescentesque, quam pauci gnari antiquitatum earum quas hoc solum iam prodidit et in dies prodit. nec negari posse videbam summam in hac calamitate culpam cadere in ipsam Almam q. d. matrem, apud quam a nostra memoria vix semel rei epigraphicae latinae elementa docta esse constet.

tamen cum experimentum faciebam viam monstrare aliquot harum rerum studiosis, cognovi opus esse praeter collectiones eas, quae congestis ex toto orbe Romano inscriptionibus selectis generalem rei epigraphicae conspectum dant, imprimis libello qui ipsius Raetiae titulos si non omnes at graviores contineat itaque coniungat quae de Romanorum in his regionibus res gestis et fatis sciri possunt.

talem igitur libellum si fieri posset quam celerrime compositurus accessi ad inscriptiones Latinas in Baiuaria inventas excutiendas et interpretandas. cui operi quo diutius incumbebam, eo magis mihi apparebat quantopere desiderandum esset ut curae cum aliis in terris tum hic a MOMMSENO primo revera coeptae, ab HIRSCHFELDIO auxiliantibus aliis provectae renovarentur et ad certum finem perducerentur. namque sat multi in Baiuaria tituli nondum a peritis erant lecti, multi post a. 1902 adinventi editi quidem sed variis in libris dispersi, alii omnino non editi. praeterea etiam is qui quam maxime admiratur et suspicit opus Mommseni eiusque adiutorum collecto volumine tertio CIL praestitum negare non potest non facile nec commodum esse singularum provinciarum inscriptiones per priores fasciculos et quinque diversa auctaria quasi uno obtutu aspicere. his de causis consilium mutavi et academiam Monacensem adii ut in usum antiquariorum qui vetustatibus Baiuariae student prodire possit liber similis ei quem de monumentis Romanis in regno Wirtembergico composuerunt Haug et Sixt, quem iam videmus feliciter iterum editum. curam autem monumentorum eorum quae litteris carent a me rogatus tunc laetus lubens in se suscepit ADOLF FURTWÆNGLER collega brevi post huic et aliis a quibus magna sperabamus officiis acerbissima morte subreptus. cum spes sit suo tempore alium hanc provinciam, quam ipse ut philologus, non archaeologus intrare non audeo, aditurum, interim ego edo inscriptiones exceptis, ut par est, Palatinis et ceteris quae ad Germaniam Romanam pertinent. ratio autem et epigraphica et archaeologica cum exigere videretur ut imagines quam optimae operi adderentur, luce excipienda et reddenda curavi monumenta quotquot extant. sumptus ea de causa faciendos suis rationibus ascribi liberalissime consenserunt qui Academiae Monacensi praesunt, partem etiam classis philosophorum et philologorum ante aliquot annos praebuit. ita contigit ut iam in possessione academiae sit archium plenum imaginum fere omnium in Raetia inventarum et servatarum inscriptionum, quibus accedunt aliquot monumenta non inscripta.

exclusi ab editione vastam molem nominum figulorum quippe quae propriis libris tractanda videantur meque continui fere intra titulos lapidibus vel aeribus insculptos nec tegulas et scariphata in fictilibus recepi nisi summatim quae ad rem militarem spectant. miliaria autem et diplomata q. d. militaria extra ordinem geographicum composui, ut iam Mommsenus ob certas rationes et commoda fecit. inscriptionibus Raetiae provinciae addidi Noricas fere eas quae in solo hodie Baiuarico repertae sunt et proxime, praeterea adieci miliaria ad viam Claudiam vel extra Raetiam inventa et quae ad viam in Germaniam ducentem stabant. ordinem retinui titulorum quoad fieri poterat fere eum, quem Mommsenus secutus erat; correxi ex. gr. errorem, quo vicos Heidenheim Wirtembergensem et Francorum inter se commutaverat ille vir quem fere nihil fefellit.

recognovi ipse omnes titulos qui extant praeter perpaucos Helveticos et Tirolenses, in quibus edendis Mommseni copiis usus sum ut adnotavi. denuo excussi testimonia antiquissima exceptis eis quae leguntur in collectaneis humanistarum manuscriptis per Italiam Galliamve dispersis, de quibus in fide Mommseni acquievi, id quod in auctorum indice indicavi; Tirolenses meum in usum denuo evolvit E. DIEHL.

codices Peutingeri et Aventini ipse iterum tractavi atque laetor quod ex Aventini vetustatum codice antiquiore n. 967 haud pauca in verbis aut de locis monumentorum ut corrigerem mihi contigit. ceterum nolui repetere omnes libros in quibus singulae inscriptiones non ex visu allegatae sunt; eo diligentius adnotavi quae qui invenerunt de locis testati sunt, plerumque ipsorum verbis; quae testimonia spero hic illic ansam datura ut denuo reperiantur quae adhuc latent monumenta.

iam per novem fere annos libro ad finem perducto gratus memini eorum qui me in opere hercle laborioso adiuverunt. primo loco mihi nominandi sunt duo adulescentes Georgius LIPPOLD et Carolus GAREIS, qui maximam partem imaginum photographicarum exceperunt mecum aut soli oppida et vicos Baiuariae peragrantes. iis gratia habeatur oportet quod nunc tandem aliquando bene inspici et inter se comparari potest tantus numerus monumentorum per varias provincias dispersorum decetque tamen et ignosci, si una alterave imago minus bene contigit. bono eventui obstabant haud raro temporis brevitas, lucis inopia, monumentorum infelix collocatio. quidquid obtinere poterat assiduitas diligentia circumspectio illi assecuti sunt[1]). Brigantiensia debeo liberalitati Caroli de SCHWERZENBACH et Adolfi HILD, Stuttgartensia Paulo GÖSSLER, Ratisbonensia pleraque sequestre Georgio STEINMETZ mihi excepit perbene MUGLER, Landshutensia mihi optime luce reddenda curavit conservatorium q. d. generale Monacense, quae insunt in museo nationali Monacensi eorum photographa mihi procuravit I. IACOBS. iam qui mihi rogati aut miserunt photographa aut de titulis utilia responderunt, eorum tantus est numerus ut paene verear ne in laterculo qui sequitur unum alterumve praetermiserim: grato igitur animo enumerentur: Fr. BAMLER tunc Augustanus, Fr. DREXEL Friburgensis, B. EBERL in vico Obergünzburg, Fr. EBNER Straubingensis, EIDAM Gunzenhausensis, E. FABRICIUS qui limiti explorando praeest, J. FINK Wirzeburgensis, FRAAS Camboduni, GROPENGIESSER, cui antiquarium Mannheimense curae est, G. HAGER praefectus conservatorio generali Monacensi, HARBAUER professor Dillingensis, HERTLEIN Heidenheimensis, INNERKOFER Meranensis, O. KLOSE Iuvavensis, W. KUBITSCHEK Vindobonae, M. KOTTMAYR canonicus Tittmoningae, A. MEIER tunc Traunsteinianus, L. MUSSGNUG Nordlingensis, OBERNDORFER Guntiensis, Fr. OHLENSCHLAGER rei antiquariae in Baiuaria veteranus, Max. RAAB Weissenburgensis, ROGER et MUNK Augustani, ROSTOWZEW Petersburgensis, H. SCHULER prior Wiltenanus, J. SIEVEKING praefectus antiquario Monacensi, E. WAGNER Karlsruhensis, Fr. WEBER Monacensis, Fr. de WIESER Aenipontanus, WITZ Ingolstadensis, ZIBERMAYR Lentiensis. atque hi de singulis singula mihi rettulerunt; in Ratisbonensibus fere omnibus indefesse me adiuvit G. STEINMETZ. imprimendo operi consiliatores et castigatores adfuerunt P. REINECKE et Fr. WINKELMANN: hic non solum Eichstättensia sua mecum recognovit sed nunquam rogationi defuit et sponte mecum communicavit si quid novi compererat; ille propter Elningensia a me aditus non solum haec mecum pertractavit et auxit, sed omnino in opere perpoliendo partes archaeologi et topographi in se suscepit monentis aut dissuadentis in iis quae philologo alieniora sunt. Reineckio et Winkelmannio item debentur quae in mappis additis de viis Romanis in Raetia detectis conspiciuntur: Winkelmann partem transdanuhianam inscripsit et simul ex formis quas E. FABRICIUS liberalissime mihi tramisit limitem Raeticum iteravit, idem ex auctoribus Württembergianis excerpsit quae certa et utilia videbantur; Reinecke reliquam Baiuariae partem et Austriam Helvetiamque tractavit. indices, quos amplos et non solum ad inscriptiones interpretandas sufficientes esse volui, praeparabat C GAREIS cum turbis bellicis mihi ereptus est; tum ipse confeci.

iam 'sive hoc ineptum sive laudandust opus' me non paenitebit laboris et temporis in eo collocati dum pro parte sua certus inveniatur dux in cognoscenda patriae historia, quam eo magis amamus quo maius videtur imminere periculum.

[1]) moneo tamen in universum ne quis imperitior arbitretur se posse ex photographis constituere vel corrigere lectionem aliquam in monumento dubiam. haec in re photographa saepe fallunt, fides maior est in ectypis.

datum Monaci pridie kal. Febr. 1915

FR. VOLLMER.

ADDENDA ET CORRIGENDA

ad n. **20A**: ne se quidem librum Grigorowitschi reperire potuisse nec tamen de integritate tituli dubitare mihi scripsit ROSTOWZEW Petersburgensis.

ad n. **33**: nescio quo errore oblitus sum adnotare haec testimonia: 'Wurde vor Jahren im Keller des Klosters Baumburg ausgegraben' WEISHAUPT Baier. Ann. 1833 p. 247. 'Pfarrer Mühewalter ... gab ausdrücklich den Abtei-Keller als den früheren Standort des Steines an' KOCH-STERNFELD Baier. Ann. 1833 p. 808 nota 34

n. **37**: exhibet etiam Cumont, Mithras inscr. 2 n. 418

ad n. **42**: testimonium SEETHALERI ipsius extat Starkiana vol. III fol. 444

post n. 44: **44A** Holzhausen (Gem. Otting, Bez.-A. Laufen) prope Waging. — 'Am höchsten Punkt (des Dorfes), wo sich die Anhöhe gegen Osten senkt, ließ der vormalige Wirth von Holzhausen im Jahre 1841 einen Keller graben und hier stießen die Arbeiter auf viele aneinander gereihte Gräber, so daß sie gegen 40 Skelette zu Tag gruben .... ein Stück eines römischen Grab- oder Votivsteines ..., welches die Wirthin in Verwahr hat und bei der ... Kellerausgrabung gefunden wurde. Dasselbe hat kaum die Größe eines Schuhes im Quadrat, besteht aus weißem Marmor, hat die den römischen Grabmonumenten eigenthümliche Leisteneinfassung und drei lateinische, sehr schön und rein ausgemeißelte Buchstaben' WIESEND Oberbayr. Arch. 11 (1849) p. 148. perüsse videtur.

ad n. **53**: mensuras alias indicat SEETHALER Starkiana vol. III fol. 442 "1' hoch, ursprünglich 2' 6" breit, 4" dick". idem ibidem has praebet varias lectiones 1 ILA — AN — XVIIIL 2 IEIRVMWBI 3 EIVS 4 in fine P

ad n. **72**: recte titulum positum esse intra annos 4—14 p. Chr. monet B. von Scala, Arch. f. Gesch. u. Landesk. Vorarlbergs 10, 1915 p. 32

ad n. **76B**: lege: CIL III p. 964 n. 24

ad n. **78A**: lege: Freundpolz

ad n. **94A** et **94B**: v. ind. p. 214 et 217 s. v. Erling et Kerschlach

ad n. **94D** lege: Langenerringen — non sunt laminae duae, sed una

ad n. **133** lege: *al(ae) II Fl(aviae) sing(ularis)*

ad n. **141** in contextu transscriptionis dele ⟨*mon(umentum)*⟩ et cf. n. 145

ad n. **172A** adde: ed. Roger, Zeitschr. d. hist. Vereins für Schwaben 1911 p. 141

ad n. **175** cf. *Mercurius Matutinus* CIL III 5234. 5235 (Baden prope Zürich)

post n. **175** adde: **175, 1** Augsburg, fragmentum calcareum undique, etiam a tergo, laesum (adhuc 57 × 42 × 18 cm), inventum mense aprili a. 1915 in terra effossa ad canalem ducendum ad plateam Lauterlech non procul ab ecclesia S. Jacobi, sine dubio olim ex sepulcreto Romano eo deportatum, servatur in museo urbico. — descripsi



1 prima non fuit C, sed L, vix E in fine TO dimidiatae sed certae

2 prima certe fuit V in fine certa N cum T coniuncta.

3 prima A dimidiata sed certa litterarum IM capita adsunt certa in fine A dimidia

4 laesae sed certae V et in fine XXX punctum post S non certum, certum post L

5 laesae sed certae D prima, post SXX, et post foramen dextra pars capitis T, deinde AV

7 figura in hoc versu videtur non littera fuisse nec numerus sed ornamentum finale

lectio: .... (illi et) ... *lanio Victo⟨rino⟩ | vivis et Iu⟨liae⟩ Providen⟨tiae,* | *k⟩arissimae quonda⟨m et dul⟨ci⟩s⟨simae⟩ mul⟨ieri⟩ ⟨v⟨ixit⟩ a⟩n⟨nos⟩ XXX ... ⟨m⟨enses⟩* | ...⟩ *dies XX .. ⟨e⟩t Au ....* | ⟨*filio am⟩mu⟨m ...*

ad n. **187** dele verba 'anulum et'

post n. **193** adde: **193**A Risstissen, fibula ahenea argentata formae litterae M, in cuius bracchiis punctae sunt litterae; rep. a. 1913 in castello, alta 16 mm, lata ad pedem 20 mm; v. Gössler, Schwäb. Merkur 1913 mai. 15; Fundber. aus Schwaben 21, 67; Bilderatlas z. württ Geschichte Taf. 13, 26; VII. Ber. d. Röm.-Germ. Komm. 1912 (1915) p. 110 cum imagine p. 112; Haug-Sixt² p. 681 n. 614

SPESA | MOR | SIMEA | MAS

lege: *spes amor, si me amas.* falso *amor(is)* accipit Haug, intellege 'spes tua est amor meus', 'sperare potes amorem meum'.

193B Risstissen. littera E ahenea, alta 6 cm, crassa 2 mm 'Gefunden Herbst 1912 im Schutt des Kastells'. Haug-Sixt² p. 681 n. 615

193C Risstissen. tabella ahenea ansata (25 × adhuc 33 cm), lacera a parte laeva, litteris punctis 'gefunden Frühjahr 1913 im Schutt der Baracken des Kastells' Haug-Sixt² p. 682 n. 616

OCAL
.....
.....

lege *c(enturia) Cal(vi)*..... (nomen militis legi non iam potuit).

servantur 193ABC Stuttgart in antiquario. nondum vidi

ad n. **216** adde: v. tab. 30

post n. **227** adde: **227**A Burgheim (Bez.-A. Neuburg a. D.). 'Dort steckt im Sockel des Kirchturms, des ältesten Teiles der Kirche (s. Steichele, Bistum Augsburg II S. 584 ff.) an der Nordseite ein Stein, etwa 76 cm breit, 57 cm hoch, darauf ist ein M eingehauen, 45 cm hoch und breit, der linke schiefe Strich ist 4,5 cm breit, die anderen drei 2,5 cm und 2—2½ cm tief. Der Buchstabe steht auf dem Kopf. Der Stein muß ein Quader sein, keine Platte. Es ist Jura-Kalkstein, aus dem der ganze Bau besteht.... An der Südseite des Turmes rechts der Türe fehlt an einem Stein der Verputz; man erkennt einen eingehauenen Bogen, anscheinend den oberen Teil eines O, das etwa die gleiche Größe gehabt haben müßte wie das M. Einige andere von Verputz freie Steine zeigen keine Spuren von Inschrift. Kirche und Kirchhof nehmen eine durch einen tiefen Graben abgeschnittene Bergnase ein, dicht an der Römerstraße Augsburg—Stepperg. Die Stelle ist sehr verdächtig, ein spätrömisches Kastell getragen zu haben, vielleicht das Parrodunum der notitia dignitatum. Mauerwerk steckt anscheinend viel im Boden, gegraben ist noch nicht. Von Funden sind nur Münzen bekannt, darunter spätrömische. Die Steine müssen natürlich nicht von dieser Stelle stammen, könnten ebensogut verschleppt sein, etwa von der Mühlhartsfurt bei Stepperg.' WINKELMANN per litteras 23. 3. 15.

ad n. **243**: melius photographon a Carolo Gareis exceptum reddidi tab. app. 73

post n. **245**: **246** Nassenfels. 'im Sommer 1883 ein ... Reliefmonument ..., das ... Jos. Dahlem in dem vom „Braunbauern" eben aufgeführten Neubau (schräg gegenüber vom Bräuhaus) entdeckt hat. Dasselbe ist eine Bildnisara von 92 cm Breite und 53 cm Höhe, welche beim Graben des Fundamentes erhoben und im Hausgang angebracht wurde. Ein zugehöriger Stein vom Untersatz, der ein paar Buchstaben enthielt, ist in der südöstlichen Ecke des Hauses, 2 Meter über der Erde als Eckstein wieder verwendet worden' RIEDER Neuburger Coll.-Bl. 48 (1884) p. 14 cum imagine anaglyphi (Apollo Minerva Mercurius), quod nunc servatur Monaci in museo nationali. v. et Frankfurter Zeitung 1883 n. 306 Morgenblatt.

ad n. **251** cf. Neuenburger Collectaneenblatt 19 (1853) p. 23 ss.: 'Hennenwaidach. ... Was diesen Ort besonders noch interessant macht, ist ein römischer Stein, eine ara votiva, der seiner Länge nach links beim Eingange in die Kapelle liegt und als Sitz benutzt wird. Der Schreiner Groß von Nassenfels, der schon mehrere Beweise seines Scharfblickes in Auffindung alter Monumente gemacht hat, fand auch diesen auf, und erstattete dem historischen Verein zu Neuburg Anzeige, worauf sodann am 4. August 1842 sogleich eine Exkursion dahin stattfand zur Besichtigung dieses Steines. — Derselbe ist 3′ 3″ lang und 2′ lang [lege 'breit'] und 1½′ dick, hat oben und unten ober dem Sockel ein Gesims, das erste aus einer Leiste, das andere aus einer Leiste und einem Stabe bestehend. Von der Inschrift kann man die ersten Buchstaben I u. N ganz deutlich lesen, in der zweiten Zeile ein I, O und M. Diese Buchstaben bilden die Weihung der Ara und möchten auf folgende Weise, mit Einschaltung eines M zu lesen sein: „In honorem Jovis optimi Maximi." Die übrigen Buchstaben waren nicht mehr deutlich zu erkennen. Wahrscheinlich ist dieser Stein, sowie ein nahe daran gelegener, einen Kubus von 2′ ins Gevierte ohne Inschrift und Verzierung bildend, von dem nahen, an Römer-Monumenten so reichen, wie nicht gleich ein Ort in Teutschland, gelegenen Nassenfels, hieher gekommen. Als die Kapelle 1840 um ein Drittel verkleinert wurde, fand man beim Abbruche in der Mauer bei der Thüre die ara votiva, und hob den Steinwürfel aus dem Grund.' mihi excerpsit Winkelmann

post n. **253** adde: Biesenhard (Bez.-A. Eichstätt). ‘Als er [der Söldner ‘zum Weber’] das Sträßchen erweiterte, stieß er auf ein geräumiges gemauertes Viereck, wahrscheinlich von einem Observationsthurm, fand nebenan ein Grab, worin ein Skelett, mehrere Geschirre, silberne Münzen und ein Hufeisen sich befand. Auch ein Römermonument entdeckte dieser Söldner ... da die Inschrift niemand lesen konnte, so gab er den Stein seinem gegenüberliegenden Nachbar, der ihn zu seinem Hausbau verwendete, und so ist das Monument nicht mehr sichtbar.’ IAHRESBERICHT d. hist. Vereins für Mittelfranken 29 (1861) Beilage 3 p. 96

ad n. **254**: Raiser sua hausit ex Redenbacheri Coll. VIII p. 44

ad n. **255** lege ⟨*h(ic)*⟩ *e(st)* ⟨*s(itus)*⟩

ad n. **256**[A B]: adde: v. tab. app. 74 — in fragmento B post *Sextini* cernitur hastae rectae pars, initium nominis militis

ad n. **257**: corrige in transscriptione: *trib(unicia) pot(estate) VIIII*

ad n. **304**: Haug in fine versus 3 postea sibi visus est legere EXO

post n. **305**: commemoro licet VII[i] p. Chr. saeculi esse videantur inscriptiones christianas in lingulis lororum repertis in oppido Nördlingen im Ries, quarum verba sunt *semper vi(vas)* et *semper gau(deas)*: v. Frickhinger, Röm.-Germ. Korrespondenzblatt 7 (1914) p. 52 cum imaginibus

ad n. **354**: *kastris ternis* accipit Ritterling, Bonn. Jahrb. 107, 129, 2

ad n. **361**: v. nunc Steinmetz, Röm.-Germ. Corr.-Blatt 7 (1914) p. 89

433[A] Asbach (Bez.-A. Griesbach, Niederbayern) in ecclesia ara ex marmore Untersbergensi (111 × 53 × 47 cm, spatium tituli 57 × 37 cm), supra excavata ut aquam sanctam excipiat, in lateribus delphini. titulus occupabat 9 versus, quorum ultimus consilio videtur deletus esse, reliqui omnes cum tempore fere detriti sunt. litterae servatae altae 4,5 cm, in versu 8 4,2 cm. cernuntur adhuc: v. 1. D(*is*)⟨M(*anibus*)⟩, v. 2 C·V/ONIVS, v. 3 prima *D*, tertia V, v. 4 prima hasta recta, item v. 5 sed dimidiata, in v. 8 X et pes alterius X. nomen fuerit *C. Vsonius*. mihi descripsit die 25. m. Iulii 1915 P. REINECKE.

ad n. **438**: columna quam dixi ornata videtur esse revera corbis

post n. **451** adde: ‘Zwischen Scharnitz und Seefeld im Walde hart neben der Chaussee (östlich) in der Nähe der Steinölbrennerei kurze meilensteinartige Steinsäule, ziemlich tief im Boden eingesenkt, notiert 1911, neue Untersuchung erwünscht’ REINECKE

post n. **453**: ‘Vor Holzleiten bei Kilom. 16,5 der Fahrstraße Telfs-Nassereit an der Grenze der Gerichtsbezirke Silz und Imst am nördl. Straßenrande ein etwa 1 m aus dem Boden ragender stark beschädigter Säulenstumpf aus festem Kalkstein, aber verwittert, keine Schrift bemerkt, könnte Meilenstein sein. Müßte ausgegraben werden. Wohl älteres Steinmonument, hier als Grenzstein aufgestellt’ REINECKE

ante n. **470**: Nendeln (Liechtenstein) inter Feldkirch et Schaan. ‘Darf man den Aussagen eines Bewohners von Nendeln Glauben schenken, so müßte in der Nähe der [bei N. ausgegrabenen] Villa ein Meilenstein gestanden haben. Er behauptet nämlich den Fund einer Säule aus Sandstein, die etwa $^3/_4$ m hoch, ungefähr 40 cm im Durchmesser und ganz mit großen Buchstaben bedeckt gewesen sei. So viele Mühe Herr Landesverweser sich gegeben, den Stein wieder aufzubringen, bleibt er doch verschollen’ IAHRBUCH d. hist. Vereins für d. Fürstentum Liechtenstein 3 (1903) p. 198 (mihi exscripsit Winkelmann).

ad n. **477** adde: ‘ehemals im Hofoldinger Forste unweit Hofolding’ Adr. v. Riedl, Reiseatlas von Bayern (Verb. Aufl. München 1832—5) Lief. IV N. 7 S. 3; qui tamen cum laudet Mon. Boica VII 432, item ut Mannert et Weishaupt potius interpretari videtur verba horum Monumentorum quam propriam referre notitiam.

ad n. **479**: de via Romana a Bedaio ad Pontem Aeni v. nunc P. Reinecke, Sammler (Beilage zur München-Augsburger Abendzeitung) 1915 N. 11

ad n. **507**: lege: Schlanders

app. **5** et **6**: nunc etiam edita Haug-Sixt[2] p. 686 s. n. 620. 621 cum imaginibus

ad falsam **13*** adde: v. Max Müller, J. A. Widmanstetter, diss. München 1907 p. 72

p. 185[A] insere: Iul. Provident⟨ia⟩ 175, 1

p. 188[B] insere: Chresimus [509]

p. 191[A] insere: Providentia [175, 1]

p. 192 ad ‘Victorinus’ adde: 175, 1

p. 198[B] lege: a. 147 n. 515

p. 219[B] pro POMONA et *Pomone* lege: PONIONA et *Ponione*, nam sic legitur in Tab. Peut., non *Pomone* ut adhuc legerunt omnes

p. 223 s. v. SCARBIA adde: Mittenwald potius intellegi vult Reinecke

p. 226 s. v. WEISSENBURG pro ‘a. 253’ corrige ‘a. 233’

PROVINCIAE NORICI

fere ea pars quae hodie Baiuvariae est; accedunt aliquot lapides Raetici ex vicinia.

1. ‘in pago **Happing** prope Vicum Rosenhaim Anno 1512’ AVENTINVS vetust. cod. 967 fol. 5$^{B\,V}$ et 281 fol. 6^{V}; cf. ann. cod. 282 fol. 142^{V}, ed. II 1 p. 157, Chronik IV 2 p. 707, Apian. 448, 4. similiter PEUTINGER cod. 4 fol. 57; BOISSARD cod. Paris. p. 525, cod. Graz. fol. 97; alii; ‘lapidibus duobus (n. 1 et 2) qui in pariete templi exteriori extant. sunt ex marmore rubro, literis elegantissimis’ PHIL. APIANVS p. 89. — ara calcarea (110×58×35 cm), iterum reperta a. 1802: ‘in dem Dorfe Happing . . . stund eine kleine Dorfkapelle, welche . . . abgebrochen wurde. Hart an dieser Kapelle stund ebenfalls eine Säule aus Sandstein, die von den Eigenthümern . . . mit dieser aus der Erde gehoben und auf die Seite geworfen wurde. Der Hr. Landrichter . . . ließ dieselbe wieder auf die vorige Stelle bringen’ KLOECKL Bair. Intelligenzblatt 1806 febr. 15 p. 105; anno 1808 deportata Monacum in antiquarium: HEFNER Oberbayr. Arch. 6 (1845) p. 208; R.B.^{3} n. 298, nunc in museo nationali; v. catal. IV n. 731.

CIL. III 5563 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 1.

D M
SEPTIMIAE
TYCHE QVAE
VIXIT ANNIS
XXXV L SEPTI
MIVS IVLIA⊕
NVS CONIV
GI ET LIBERT
KARISSIMAE

litterae sat bonae; distinguendi puncta nulla; in fine v. 6 male positum folium hederaceum; lectio certa.

D(is) M(anibus) Septimiae Tyche, quae vixit annis XXXV, L. Septimius Iulianus coniugi et libert(ae) karissimae.

2. Happing. ‘est et alius ibi (praecedit n. 1) lapis, sed detritis litteris legi praeter haec non potest’ AVENTIN. ann. cod. 282 fol. 142^{V}; ed. II 1 p. 157; cf. Chronik IV 2 p. 707; ex Aventino Reines. synt. 6, 52; Hefner R.B.^{3} n. 334; CIL. III 5562.

IVL ET SEPTIM
AMANDVS EQ R
ET BASSVS POSVIT

v. 1 primum dederat IVLI(?) VSSET(?) A(?) TIM Aventinus, quod ipse mutavit.

coniecerunt eundem esse titulum (Eph. epigr. II n. 1062; CIL. III 11770), quem exhibet BOISSARD cod. Graz. fol. 98 ‘in Haping’ et cod. Paris. p. 534 Holm. fol. 176 ‘in Happingen’, praeter eum etiam PHIL. APIANVS p. 89 (v. ad n. 1). do textum Apiani (v. tab. app.).



eadem verba (v. 10 SVPE pro SVP) dat Boissard Graz.; discrepant codd. Paris. et Holm. in his: v. 1 IVNONI REGINAE Paris. v. 3 XIMO in fine add. Paris. v. 5 N/VM (NVN Holm. NVM Paris.) IOVI OMNIVM Boiss. v. 8 OA pro OR Holm. v. 10 P . . (PVB Paris.) STIPE POSVIT Holm. Paris.

3. CIL. III 11776 v. n. 413 Regensburg.

4. Elmosen prope Aibling. ‘In der äußern Kirchenmauer als quader Stein gebraucht’ Cod. Monac. Kloeckl. 576 fol. 24. ‘Zu Ellmosen an der Kirchhofmauer’ Stichaner Wiener Jahrb. 52 (1830) p. 223. — ara calcaria (105×55×44 cm), in utroque latere delphinus, reperta a. 1808, delata in oppidum Rosenheim, tum Monacum in antiquarium: Hefner Oberbayr. Arch. 3 p. 250, 6 p. 193, R.B.[3] n. 280; nunc ibidem in museo nationali: catal. IV n. 732.

CIL. III 5564 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 1.

D M
MARCELLO
PRIMANIVI
VIVAFECITSIBI
ETMAT·SECCIO
H·M·H·N·S

lectio certa.

3 interpretatio dubia: voluerunt *Marcello Primani (filio)* intellegere, ita desideratur nomen uxoris; alii accipiebant *Primanivi(a)*; ego cum Hefnero interpretor *Prima Nivi (filia)*; nomen celticum *Nivio* notum est.

accipe: *D(is) M(anibus). Marcello Prima Nivi (filia) viva fecit sibi et Mat(tio) Seccio. h(oc) m(onumentum) h(eredem) n(on) s(equetur).* debuit *⟨et⟩ sibi.*

Miliaria rep. prope Sechtenau v. n. 478. 479.

5. Prutting prope Rosenheim. ara ex marmore viciniae (Untersberg), alta 152 cm, lata in pede 99 cm, in capite 88 cm, in agrum 69 cm: litterae occupant spatium 62×57 cm; titulus vetustiori suffectus videtur. anaglypha (imagines v. ap. Hefnerum) sat bona in lateribus: in sinistro: clipei duo, hastae, caput galeatum, pharetra, sagittae; in dextro: sagittae, arcus, lorica; in capitello a tribus partibus anticis: pantherae duae caudis supra folium medium convolutis. lapis narratur in tabula affixa olim inventus esse in vico Reischach, hoc est proxime viam Romanam a Iuvavo ad Aenum pergentem; repertus est die 27. IV. a. 1848 ‘bei dem Umbau der Pfarrkirche . . . unter der Tumba eines Seitenaltars’ Vogel epistula data 1. 6. 48 (Cod. Mon. Hefneriana 1 s. v. Prutting) in vico Prutting; extat hodie in eiusdem ecclesiae porta orientali: Hefner Abh. d. Bayr. Ak. d. Wiss. I. Kl. V 2 (1849) p. 184 cum imaginibus tribus (tab. II), Oberbayr. Arch. 10 (1849—50) p. 158; R.B.[3] n. 88 (cum tabula 4 n. 3); photographon publicavit Nieberle Altbayr. Monatsschr. VII p. 147; cf. A. Meier Chiemgau n. 20.

CIL. III 5565 = 11771 = Henzen 5579, Wilmanns 1065, Dessau 664; cf. Borghesi, Bull. dell’ Istit. 1851, 177 ss.; Mommsen ad CIL. mihi iterum contulit Lippold, post ipse recognovi; v. tab. 1.

VICTORIAEAVGVSTÆ
*sac*RVMPRoSALVTEM
*dd*NNMAXIMINIET
*con*STANTINIETLICINI
*se*MPERAVGG·AVRSENECIo
*vp*DVX·TEMPLVMNVMINI
EIVSEXVoToANoVoFIERIIVSSŤ
PERINSTANTIAM·VAL·SAM
BARRÆ·P·P·EQQ·DALM·AQ
VESIANIS·CoMIT·L·L·M
OB·VICToRIA·FACTA·V·K·IVLIAS 27. iun. 310
ANDRONICO·ET·PROBOCOS

litterae macrae et malae (semper L), tamen lectio certa, etiam in v. 11, ubi nec VICTORIĀ nec IV, sed VICTORIA et V est in lapide. — v. 11 et 12 litteris minoribus sculpti, nec tamen postea additi sunt.

accipe: *Victoriae Augustae ⟨sac⟩rum: pro salutem d(ominorum) n(ostrorum) Maximini et ⟨Con⟩stantini et Licini ⟨se⟩mper Aug(ustorum) Aur(elius) Senecio, ⟨v(ir) p(erfectissimus)⟩, dux, templum numini eius ex voto a novo fieri iussit per instantiam Val(erii) Sambarrae p(rae)p(ositi) eq(uitibus) Dalm(atis) Aquesianis comit(atensibus) l(aetus) l(ubens) m(erito) ob victoria facta V k(alendas) Iulias Andronico et Probo cos(ulibus).*

3 ara posita post Galeri (a. 311 5. mai.), ante Maximini mortem (a. 313), cum huius nomen adsit, illius desit. ⟨DDDN⟩NN non admittit spatium. 6 *dux* scil. limitaneus Norici et Pannoniae superioris. 7 *numini eius* scil. Victoriae. 9 *eq(uitibus) Dalm(atis) Aquesianis;* hi equites aliunde non noti sunt; at cf. Notit. dignitatum ed. Seeck p. 317. 11 hanc victoriam voluit esse Constantini (paneg. 10, 18) Borghesi; contra disputavit Mommsen in CIL. ad l. bellum hoc auspiciis Licinii gestum nobis ignotum.

6. Endorf prope Rosenheim. ara calcaria (nunc 87×70 cm), cuius pars superior et latus dextrum abrupta sunt. ‘Es wurde am 19. März 1808 von . . . Klöckl in Endorf, wo es an der äußern Kirchenwand südlich eingemauert war, entdeckt’ Hefner Oberbayr. Arch. 6, 194 (v. 3, 250); R.B.[3] n. 257; Monacum in antiquarium delata nunc extat in museo nationali: catal. IV n. 733; v. A. Meier Chiemgau n. 37.

CIL. III 5566 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 1.



lege: | . . . . . | *rio* . . . . . | *Iuvavo et Ve⟨. . . i⟩|ae Verae Metil⟨ia⟩* | *Marciana ma|rito et filiae* | *et sibi viva* | *fecit.*

quot ante IVVAVO desint versus, plane non constat. coniecturam feci nomen mariti explesse duos versus, quia in margine lapidis superiore cernuntur pedes aliquot litterarum quae videntur fuisse RIO, quas secuta est littera ab hasta recta incipiens. possunt igitur hae litterae finis fuisse gentilis nominis quale IANV|ARIO, possunt tamen et suppleri ⟨*decu*⟩*rio*⟨*ni et praef. i. d.*⟩. male CLOD⟨*io*⟩ legit Hefner. ceteroqui lectio certa est.

4 gentile filiae fuit quale VELLEIAE, VENERIAE, VERATIAE, VEPONIAE.

---

7. Eggstätt. ‘in . . . Salzburgensi dioecesi villa Eckstett distans m. passus ab monasterio Chyemensi’ CHOLER (a. 1519) fol. 116. ‘in pago Maurkirchen’ BOISSARD ms. Paris. p. 524. ‘Maurkirchen pag. et templ. ad Aham . . . marmor cum inscriptione sequenti’ PHIL. APIAN. p. 101. ‘Nach der mir von . . . Stichaner gemachten Mittheilung wurde dieses Denkmal in Mauerkirchen aufgefunden und kam wahrscheinlich durch . . . Klöckl ins k. Antiquarium’ HEFNER Oberbayr. Arch. 6, 215 (v. R. B.^{2} 1842 p. 86). R. B.^{3} n. 164. Henzen 5489. nunc in museo nationali: catal. IV n. 734; A. MEIER Chiemgau n. 33. tabula calcaria 59×75 cm.

CIL. III 5567 cont. Mommsen; recognovi: v. tab. 1.

D M

IVL·VICTOR·MRTAL·F
OB·AN·LV
BESSA·IVVENIS·F·X·ΘN XLV
5 NOVELLA·ESSBNI·F·OB·A·XVIII
VICTORINVS·PARENTIB
ET CONIVGI·E·VICTORINAE
FIL·FECIT
QVI·PER·LVEM·VITA·FVNCTI·SVNT·MAMERTINO·E·RVFO·COS p.C.182
ET·AVR·IVSTINO·FRATRI ML
LEG·II·ITAL·STIPEND·X·Θ·A·XXX

D(is) M(anibus). Iul(ius) Victor, Martial(is) f(ilius), ob(iit) an(norum) LV; Bessa, Iuvenis f(ilia), ux(or) (obiit) an(norum) XLV; Novella, Essibni f(ilia), ob(iit) a(nnorum) XVIII; Victorinus parentib(us) et coniugi et Victorinae fil(iae) fecit, qui per luem vita functi sunt Mamertino et Rufo cos(ulibus), et Aur(elio) Iustino fratri mil(iti) leg(ionis) II Ital(icae) stipend(iorum) decem, (obiit) a(nnorum) XXX.

3 adverte in eodem monumento invicem dari notas *ob(iit)* et ϑ, ‘theta nigrum’. 4 Bessa fuit Iuvenis filia, uxor Iulii Victoris, Novella uxor Victorini, filia Essibni, non *Essibini*, ut solent solvere litteras ligatas. 9 est a. 182 p. Chr. de pestilentia exorta iam a. 166 cf. Capitolin. Verus 8, 1 ss. Ant. phil. 13, 3. 17, 2. Amm. 23, 6, 24. Oros. 7, 15, 5 ss. Herodian. 1, 12, 1 ss. Cass. Dio 72, 14, 3. Eutrop. 8, 12, 2. 10 Iustinus, Victorini frater, non per luem obiisse videtur.

Columnam miliariam rep. Herrenchiemsee v. n. 479^{A}.

---

8. Bernau ad lacum Chiemsee. ‘Umb den Chiemsê sein gelegen Virunum oder Berunum und Teurnia, zwô reichstet, alda noch Bernau, das dorf, und Brien ligen . . . Alda diser stain’ AVENTIN. Chronik ed. IV 2, 715; cf. annal. cod. 282 fol. 144^{V}, ed. II 1, 161. — ‘ibidem’ (praecedit n. 28) CHOLER fol. 115^{V}. — ‘Bernaw pagus, in declivi, miliari uno a castro Aschaw boream versus positus . . . monumenta, quorum unum insigne est, quod in templi ara extat’ PHIL. APIANVS p. 99 (tab. II). ‘in pago Pernaw ad lacum Chimum’ idem supra tabulam et BOISSARD cod. Paris. p. 526. — ‘Rachstadii’ LAZIVS cod. Vind. 7984 fol. 5 et 7966 fol. 65. — a prioribus Apian. 445, 4; alii; Hefner R.B.^{3} n. 232; Orelli 498; A. MEIER Chiemgau n. 21. — ‘In marmore albo in pago Pernaw. longitudo $6^{1}/_{2}$ spit., latitudo 4 sp. et palm., crassus unius spit., quadratum in medio habet spit. et palm’. PHIL. APIANVS ad imaginem.

CIL. III 5568 cf. p. 1048 et 2328^{201}; ego sequor tabulam Phil. Apiani, quae bene depicta esse videtur. periit. v. tab. app.

L·TERENTIO VERO
II·VIRO·TEVRN·PR·IVR·DIC·
OBIT·AN T·SEPPIAE
C·F·PRAES AE·L·TEREN
5 VERINVS TERENTIVS
PRAESENTINVS·PARENTIBVS
OPTVMIS·FECERVNT

in medio titulo Phil. Apianus pinxit foramen quadratum, easdem litteras omisit Boissard; plenam (i. v. 3 AN·LX·ET; v. 4 PRAESENTIAE, v. 5

ET·C·) dat Aventinus cod. 282, nisi quod in v. 3 LX prius omiserat, spatio relicto, postea addidit. potest factum esse ut Aventinus lapidem videret integrum, tamen magis veri simile puto eum supplementa de suo addidisse, etiam quia cognomen matris vix fuit *Praesentia*, quod in usu est pro gentili, sed *Praesentina* vel *Praesentilla*.

accipe: *L. Terentio Vero, duumviro Teurn(iae), pr(aefecto) iur(e) dic(undo), obit(o) an(norum) ⟨. . e⟩t Seppiae G(ai) f(iliae) Praes⟨entin⟩ae L. Teren(tius) Verinus ⟨et . .⟩ Terentius Praesentinus parentibus optumis fecerunt.*

---

9. Frauenchiemsee. tabula marmorea (105 ×75 cm) reperta a. 1812 in monasterio ad portam ecclesiae qua ad porticum itur: COD. Monac. Kloeckl. 576 fol. 17; WEISHAUPT Bair. Ann. 1833 p. 225. 'im Kreuzgange liegt, so wie man von der Kirche hineintritt, ein weißmarmorner, mit Inschrift versehener Römerstein' idem, Oberb. Arch. 3 (1841) p. 78; delata a. 1845 Monacum in antiquarium (v. HEFNER Abh. bayr. Ak. I. Cl. IV 2 p. 154; Oberb. Arch. 7 p. 389; R. B.[3] n. 187), nunc in museo nationali: CATALOG. IV n. 735; A. MEIER Chiemgau n. 22. — 'Sein im Chiemsè noch mêr solch stain, voraus im Nunnenwerd; sein aber vermaurt und vermacht' AVENTIN. chron. IV 2 p. 715, 27 — pars superior, in qua videntur infuisse protomae duae, plane detrita.

CIL. III 5569 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 1.

L·ATTONIO
ADNAMATO
AEDILIC·TEVRN
ET·SECVNDAE
5 TI·F·VXOR

lectio certa etiam in v. 5, cuius litterae dimidiatae sunt (erravit Mommsen, nec plane recte catalogus musei); solum hoc quaeritur an VXORI olim scriptum fuerit, nam particula lapidis haec latet sub unco ferreo. v. 3 cave cum prioribus interpreteris *aedili c(ivitatis) Teurn(iae)*, neque enim punctum unquam fuit inter AEDILI et C; Adnamatus igitur fuit *aedilic(ius) Teurn(iae)*. quis huic viro et Secundae ex. gr. *⟨Calven⟩ti fil(iae) uxor(i) ⟨eiusdem⟩* monumentum fecerit, legebatur in parte tituli deperdita.

quid sibi voluerit inscriptio novella in margine dextro adscripta F. A. E. A. H. 16. 71 non liquet.

accipe: *L. Attonio Adnamato, aedilic(io) Teurn(iae) et Secundae . . . . . ti f(iliae) uxor(i) . . . . . .*

10. Grabenstätt prope Traunstein in pariete exteriore ecclesiae S. Iohannis ad dextram introeunti, ubi extat. lapis (36×41 cm) visus est primum a. 1848: WAGNER ad Hefnerum (cod. Monac. Hefneriana 1 s. v. Grabenstätt 3. nov. 1848); HEFNER Oberb. Arch. 10 (1849) 284; R. B.[3] n. 273; WAGNER Oberb. Arch. 26 (1865) 191; A. MEIER Chiemgau n. 27.

CIL. III 5570 cont. G. Wilmanns; recognovi; v. tab. 1.

BELLICVS·SE
CVNDI·F·V·F·S
IBI·ET·PAVLINAE
©N·OB·AN·L·ET·
5 SECVNDINO·F·

lectio certa.

accipe: *Bellicus Secundi f(ilius) v(ivus) f(ecit) sibi et Paulinae con(iugi) ob(itae) an(norum) L et Secundino f(ilio).*

Diploma militare rep. Geiselbrechting v. n. 509.

---

11. Lueg. 'An einem mit alten Bäumen . . . besetzten Platz nächst bey der Hofmarch Märbang, wo der einschichte Weyler, Lueg genannt, ligt, ist Anno 1724. zwey Claffter tieff unter der Erden unter anderen vilen Steinen, welche ein Anzeigen geben, daß allda vor uralten Zeiten ein kleines Gebäu gestanden, ein Grabstein mit folgender Aufschrifft außgegraben worden' PARNASSUS Boicus 4 (1727) p. 397; 'Mein Bemühen es (am 15. Sept. 1846) in Lueg wiederaufzufinden war vergeblich' HEFNER Abh. bayr. Akad. I. Kl. IV 2 p. 223; Oberb. Arch. 7, 428; idem R. B.[3] n. 211; A. MEIER Chiemgau n. 28.

CIL. III 5571; periit.

CVPITO SECVNDI
OBITO ANN LXXXI
ET AVETONTIÆ
ROMANE MATRI
5 SECVNDVS FF

sequor Parn. Boi. 3 AVETONIAE semper Hefner falso.

accipe: *Cupito Secundi (filio) obito ann(orum) LXXXI et Avetontiae Romane matri Secundus f(ilius) f(ecit).*

Columnam miliariam rep. Erlstätt v. n. 480.

---

12. Chieming ad lacum Chiemsee. ara calcarea (61×43 cm) reperta a. 1813 in diruendo sacello S. Petri (male picta in COD. Monac. Kloeckl. 576 fol. 17), delata a. 1816 Monacum in antiquarium: HEFNER Oberb. Arch. 3 (1841) 248 et

6 (1845) 182; R.B.[3] n. 98; nunc in museo nationali: catal. IV n. 736; A. Meier Chiemgau n. 4.

CIL. III 5572 cont. Mommsen; v. tab. 2; recognovi.

BEDAIO · AVG
SACRALOVN
ARSETONI
VSMAXIM
IANVS · ET
FIR · FIRMI
NIANVS · II · VIR
PERPETVO · ET · CORNEL · COS

p. Chr. 237

Bedaio Aug(usto) sacr(um) Alounar(um) Setonius Maximianus et Fir(mius?) Firminianus IIvir(i) Perpetuo et Cornel(iano) cos(ulibus).

lectio certa, litterae non pulcrae; in versu 3 neque AB neque SVETONI legendum est, quamquam E littera a dextra parte contusa et laesa est; de gentilicio *Setonius* v. W. Schulze, Lat. Eigennamen p. 231. videtur interpretandum: in honorem Bedaii augusti hoc ipso loco sacellum Alounarum dedicavisse qui subscripserunt; cf. titulos qui sequuntur. 6 gentile nomen fuit *Firmius* vel *Firminius*. 7 intellege *II vir(i)*, scil. Iuvavenses; cf. n. 14, n. 15, n. 17, n. 23, n. 26, n. 32 et notas ad n. 13, n. 16, et vide quae de his aris prudenter et caute disputavit O. Klose Jahrb. f. Altertumskunde (k. k. Central-Komm.) 5 (1911) p. 220 ss. 8 annus est 237 Mario Perpetuo et L. Mummio Felice Corneliano cos.

---

13. Chieming. fragmentum arae calcareae (30×28×26 cm) plenum a parte dextra. ‘1858 . . . bei dem Umbau des Schlosses Neuchieming zugleich Pfarrhofes . . . entdeckt’ Wagner Oberb. Arch. 26 (1865) 192. ‘beim Umbau . . . unter der Stiege gefunden’ Ohlenschlager Sitz.-Ber. Bayer. Ak. 1883 p. 211. A. Meier Chiemgau n. 9. servabatur in museo parochi, nunc Traunstein in museo.

CIL. III 5574 (ex Wagnero) = 11772 cont. Hirschfeld; recognovi; v. tab. 2.



explevi sic fere: *⟨Bedaio au⟩g(usto) | ⟨sa⟩c(rum) Sex⟨tius . .⟩ onma . . . et Iu⟨lius V⟩alen⟨tinus II viri⟩ Prae⟨sente et . . . . . cos⟩.* annus est 153 vel 217 vel 246. 3 *onma* reliquiae nominis Celtici.

---

14. Chieming. ‘am 9. März 1882 kam beim Abbruch des Hochaltars in der Pfarrkirche ein Stein zum Vorschein von 70 cm Höhe, 33 cm Breite, 22 cm Dicke aus Untersberger Marmor’ cum delineatione Pfatrisch apud Ohlenschlager Sitz.-Ber. Bayr. Ak. 1883 p. 211. A. Meier Chiemgau n. 5. nunc cum n. 15 et n. 16 inserta parieti exteriori ecclesiae novae (spatium tituli 45×35 cm).

CIL. III 11777 cont. Ohlenschlager et Hirschfeld; recognovi; vide tab. 2.

BEDAIO · AVG
P · DOMITIVS
FLACCVS
E · Q · LVCRET
OPTATVS
II VIR
OMPFIANO
SQ COS

p. Chr. 209

Bedaio aug(usto) P. Domitius Flaccus et Q. Lucret(ius) Optatus duumvir(i) ⟨P⟩ompeiano ⟨et Avi⟩to cos(ulibus).

lectio certa, nisi quod v. 7 in lapide videtur esse OMPFIANO. v. 3 nunquam in lapide fuerunt in initio P · F vel similia. v. 6 II VIR minoribus litteris perscriptus est, nec tamen post additum opinor; cf. nota ad n. 12; etiam hic accipiendum *IIvir(i)*. v. 7 est annus p. Chr. 209.

---

15. Chieming. ara parva ex marmore Untersbergensi (45×45 cm) reperta ‘am 17. April’ 1882 et conservata cum n. 14 (delineatio ap. Ohlenschlager p. 214); pars inferior deest. A. Meier Chiemgau n. 6.

CIL. III 11778 cont. Ohlenschlager et Hirschfeld; recognovi; v. tab. 2.

BEDAIO · AVG
SACR · ALON
L · CASSIVS · LVCVLLVS
E · C · VIND · CONSTANS
II VIR · FVSCO

p. Chr. 225?

Bedaio aug(usto) sacr(um) Alon(arum) L. Cassius Lucullus et C. Vind(ius) Constans ⟨duum⟩vir(i) Fusco ⟨et . . . cos(ulibus)⟩.

literae bonae, lectio certa. 2 de interpretatione v. ad n. 12.

annus potest esse 225 *Ti. Manilio Fusco II Ser. Calpurnio Domitio Dextro cos.*

16. Chieming. ‘Am nämlichen Tage wie der vorige Stein (N. 14) wurde am nördlichen Seitenaltar ein zweiter Denkstein gefunden. Derselbe ist ein grauer Sandstein und hat eine Höhe von 60, eine Breite von 31, eine Dicke von 26 cm’ PFATRISCH apud Ohlenschlager Sitz.-Ber. Bayer. Ak. 1883 p. 212 (cum delineatione); conservata cum n. 14. A. MEIER Chiemgau n. 7.

CIL. III 11779 cont. Ohlenschlager et Hirschfeld; recognovi; v. tab. 2.

SACRO·ALOVN
ARVMAVGNOI
IVENALISETVIG
IVSVICTORIN
CORDIANOETPOM p. Chr. 241
PIANOCOSVOTV
MSOLLM

sacro Alounarum aug(ustarum) Non(ius) Iuenalis et L. Vigius Victorin(us) Cordiano et Pomp⟨e⟩iano cos(ulibus) votum sol(verunt) l(ubentes) m(erito).

lapidem litteris pessimis inscriptum, ipse recognovi nec tamen omnia certa sunt. v. 1 voluitne *sacro(m)*? v. 2 in fine post NO cernitur I parva; gentile incertum: *No(v)ius* an *No(nius)*? Ohlenschlager duumviros nominatos esse recte coniecit. v. 3 in initio ante IVE dubito num adsit Q litterae pars dextra. pro EL legi potest ET vel EP. v. 4 in fine mihi adesse sunt visae partae et iunctae VS. v. 5 nomen legi potest et COADIANO; annus est 241. v. 6 in fine TV ligatae adsunt. v. 7 dubites utrum intellegendum sit *sol(verunt) l(ubentes) m(erito)* an *so(lverunt) l(aeti) l(ubentes) m(erito).*

17. Chieming. pes arae calcareae (34×36×23 cm) repertus una cum n. 14–16 ‘aus der Mauer hinter dem Hochaltar’ PFATRISCH ap. Ohlenschlager Sitz.-Ber. Bayer. Ak. 1883 p. 213. servabatur in museo parochi; iam est in museo Traunstein (A. MEIER per litteras; cf. Chiemgau n. 8).

CIL. III 11780 cont. Ohlenschlager et Hirschfeld; recognovi; cf. tab. 2.

VIRI·GLABRIONE·ET p. Chr. 152
HOMVLLO·COS

litterae malae et detritae, tamen certae praeter primam X; omnino numerum hoc loco non intellego. ara videtur dedicata fuisse Bedaio, cum dedicaverint *duumviri.* annus est 152.

Miliarium rep. Chieming v. n. 481.

18. Seebruck. reperta a. 1899 in coemeterio i. in fundamentis castelli: J. FINK Allg. Ztg. 1899 n. 254 sept. 13 et Blätter f. d. [bayer.] Gymn.-Schulw. 1900 p. 420. ara calcarea cum capite alte fastigato et coronato nuce pinea. altitudo tota: 185 cm, litterae occupant anticam per 50,5×36,5 cm, lapis in agrum fere tenet 30 cm. in lateribus insculpti sunt delphini. extat in vestibulo ecclesiae. A. MEIER Chiemgau n. 10.

CIL. III 14368[29]; descr. Fink et Zangemeister; recognovi; v. tab. 2.

D M
AMANDA
Q·TES·LIB
OB·AN·L
FIRMVS·LIT
MAR·EXP·COC
FEC·ET·SIBI

accipe: *Amanda Q. Tes(sii) lib(erta) ob(iit) an(norum) L. Firmus Lit(ugenae filius* cf. n. 19) *mar(itus) ex p(roprio?) co(iugi?) c(arissimae?) fec(it) et sibi.* v. 6 COC legit Fink.

19. Seebruck. reperta a. 1899 prope n. 18: J. FINK Allg. Ztg. 1899 N. 335 dec. 3, idem, Blätter f. d. [bayer.] Gymn.-Schulwesen 1900 p. 420. ara simillima priori nisi quod pars capitis superior defracta est, alta nunc 147 cm, planum scriptura expletum est 52×33 cm. in lateribus item delphini. servatur ubi n. 18. A. MEIER Chiemgau n. 11.

CIL. III 14368[30]; descr. Fink et Zangemeister; recognovi; v. tab. 2.

D M
MAXIMINVS
CONSTANS
ET·ANNILO·
LITVGENAE
VI·SIBI
FECER·ET
POSTERISQ
SVIS

v. 1 D M legitur in angulis inferioribus capitis. 2 accipe: *Maximinus Constantis (filius) et Annilio Litugenae (filia) vi(vi) sibi fecer(unt) et posterisq(ue) suis.*

19A. Seebruck. anulus aureus (diam. int. 18–20,5 mm) rep. mense Iulio 1912 'in einer römischen Schuttschicht nördlich der Kastellmauer mit Westerndorfer Sigillaten', pondo 10,57 gr. litterae neglegenter perscriptae, nunc admodum detritae; ed. Henkel, die röm. Fingerringe der Rheinl. 1913 p. 378 Nachtr. n. 1. servatur Traunstein in possessione musei (Reinecke); non vidi.



Henkel accipit *Iovi ma(ximo)*; de qua lectione dubitat Drexel (per litt.).

---

20. Stöttham prope Chieming. ara calcarea (137×54 cm) reperta in sacello S. Iohannis (depicta Cod. Monac. Kloeckl. 576 fol. 17), delata a. 1816 Monacum in antiquarium (Weishaupt Bair. Ann. 1833, 272, Hefner Oberb. Arch. 3, 264. 6, 253; R. B.[3] n. 24), nunc in museo nationali; catal. IV n. 737. A. Meier Chiemgau n. 3.

CIL. III 5575 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 3.

IN · H · D · D · I · O · M
ARVB · ET · SANCTO
BED · VIND · VER'S
BF · COS · LEG · II · ITA:
P · F · SEVER · EX · VOTO
POS · ID · MAIS
IMP · D · N · SEVE
RO · ALEXANDRO
AVG · II · ET · MRCL p. Chr. 226
LO ø II ø COS

lectio certa. accipe: *In h(onorem) d(omus) d(ivinae). I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Arub(iano) et sancto Bed(aio) Vind(ius) Verus b(ene)f(iciarius) cos(ularis) leg(ionis) II Ital(icae) p(iae) f(idelis) Sever(ianae) ex voto pos(uit) id(ibus) Mais imp(eratore) d(omino) n(ostro) Severo Alexandro Aug(usto) II et Marcello II cos(ulibus).*

8 annus est 226 p. Chr.

20A. prope lacum **Chiemsee.** 'trouvée en Haute-Bavière . . . au bord du Lac de Cimince près d'un cimetière celto-romain' Grigorowitsch et Mathorel, de quelques objets romains trouvés en Roumanie et en Bessarabie Kiew 1894 p. 187 Collection Colonel Samuelson († 1893) N. 51; cf. E. Schneller Altbayer. Monatsschrift I (1899) p. 117–124, qui narrat lapidem a. 1893 fuisse in museo naturali historiae dedicato oppidi Jassy in Romania. quamquam Augusto Meier (Chiemgau, 1912 p. 60 s.) a variis Romaniae viris doctis sciscitanti responsum est nec lapidem in Jassy oppido inveniri nec librum Grigorowitschi notum esse, non dubito quin lapis exstiterit et titulus sit genuinus.

—; do ex Schnelleri exemplo; periisse videtur.

I O M P
T G H L
PIV
AGNVL
STATE
SCEDM
TARAM
D D

titulus correcta P in versu 1 in E facile expletur et intellegitur: *I(ovi) o(ptimo) m(aximo) e|t g(enio) h(uius) l(oci) | ⟨Olym⟩piu⟨s⟩ | A⟨u⟩g(usti) n(ostri) v⟨i⟩l(icus) | stat(ionis) E|sc(. . . .) ed⟨e⟩m ⟨e⟩|t aram | d(e)d(icavit).*

componendus omnino cum hoc est titulus CIL. III 5620 *D(eo) i(nvicto) M(ithrae) Secundinus Aug(usti) n(ostri) vil(icus) stat(ionis) Esc(. . . . .) vot(um) ret(ulit) l(aetus) l(ubens) m(erito)*, qui et ipse periit, servatus ab Apiano p. 394, 1 cum praescriptione 'In villa Ischel super valvam ecclesiae non longe a sancto Bolfgango in Bauaria, qui miraculis claret', quem revera repertum esse loco clarissimo Ischl prope Hallstadt evincit idem Apianus, cum ad inscriptionem quae apud ipsum sequitur (CIL. III 5621) adnotaverit 'in Turri ecclesiae eiusdem villae' cumque ipsa haec inscriptio (5621) extet adhuc in ecclesia aquarum Ischl. haec adnoto contra sententiam v. d. Domaszewski (Arch. epigr. Mitt. aus Österr. 13, 1890, p. 138 not. 58), qui lapidem (5621) inventum conicit in pago Ischl prope Seebruck. nec mihi probatur aut hunc aut illum vicum Ischl esse ipsam *stationem Esc* . . . ., quae sane locum habuisse videtur circa fines provinciarum Norici et Raetiae, quaerenda autem erit propius pontes Aeni. vilici enim aras dedicare poterant sive prope lacum Chiemsee sive in pago Ischl, etiamsi ipsa statio eorum alii loco adsignata erat.

---

21. Egerndach prope Traunstein. tabula calcarea (146×64 cm), in parte superiore protomae mulieris et viri, reperta a. 1808 in ecclesia S. Andreae parieti immissa (Cod. Monac. Kloeckl. 576 fol. 50) 'wohin er von einem Schlosse, das auf einem kleinen Abschnitt des Hochgern stand, gekommen sein soll' (R. B.[3] n. 299), illata Mo-

nacum in antiquarium (HEFNER Oberb. Arch. 3, p. 250 et 6, p. 184; R. B.[3] n. 299), nunc in museo nat.: v. catal. IV n. 738. A. MEIER Chiemgau n. 24.

CIL. III 5576 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 3.

V · F
ACVTVS · L
MAR · NOBL
I · ET · AMANDA
PAMETAE · LIB

lectio certa: ineunte v. 4 male I sculpta est pro L. *v(ivi) f(ecerunt) Acutus L. Mari(i) Nobil(is) l(ibertus) et Amanda Pametae lib(erta).*

Miliaria rep. Surheim et Sillersdorf vide n. 482. 483.

---

22. Rott inter Rosenheim et Wasserburg. ‘inde a Carnoduno [Kloster Attl] abest ad quintum lapidem Aurisium, nobis Rhodos [Rott] caenobium divo Benedicto dedicatum . . . hoc Aurisii monumentum repperi’ AVENTINVS ann. cod. 282 fol. 142; ed. II 1 p. 157 (inde Apian. 443, 1; Hist. Abh. d. churfürstl. bayr. Ak. 1764 II 1 p. 118; alii); Chronik IV 2 p. 706. — lapis iterum repertus in coenobio Rott exeunte saeculo XVIII[0] (cf. WESTENRIEDER Beitr. 1 [1788] p. 78), illatus in antiquarium Monacense (HEFNER Oberb. Arch. 3, 261. 6, 239; R. B.[3] n. 178), nunc in museo nationali: catal. IV n. 739 — tabula calcaria (134×47 cm) in antica per latitudinem fere 5 litterarum detrita a dextra parte.

CIL. III 5577 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 3.

D ⌀ M
ET · PERPETVE *Securitati*
CORNELIO CA . . . . .
Y · LEG · XX · MIL *iti in*
PRETORIO · N . . . . Y
N · IIII · VIXIT · An . . . *fe*
CERVNT · CO *rnelii*
NICEFORV *s et Eu*
PRÆPES · LIBE *rti eius*
PATRONO ⌀ B *eneme*
RENTI · ME M *oriam*
POSVERVNt
T S
L T

lectionem iam Aventinus (minus in cod. quam in edd.) licenter interpolavit (pessime Apian.), primus veram protulit et explevit Mommsen (v. 4 recte interpretatus est Hefner). ego contra Mommsenum v. 7 CORNELII explevi cum Aventino et in v. 8 addidi ET; *Co⟨mmunis⟩* pro nomine tertii liberti proposuit Mommsen. v. 2 S in fine sentitur potius digito quam cernitur; dedit Av. v. 3 in fine post C cernitur pes sinister litterae qualis A, male COH dedit Av. v. 7 in fine COR Av., coniectura opinor.

accipe: *D(is) m(anibus) et perpetue s⟨ecuritati⟩: Cornelio Ca⟨. . . . .⟩, c(enturioni) leg(ionis) XX, mil⟨iti in⟩ pretorio an(nos) ⟨. . . . , c(enturioni)⟩ an(nos) IIII, vixit a⟨n(nos . . . . , fe⟩cerunt Co⟨rnelii⟩ Niceforu⟨s et Eu⟩prepes libe⟨rti eius⟩; patrono b⟨eneme⟩renti mem⟨oriam⟩ posuerun⟨t⟩. o(pto) t(erra) s(it) l(evis) t(ibi).*

---

68. ‘ara erecta in valle Cyll’ (hodie ‘Ziel’), nunc autem in castrum Knillenberg (Obermais prope Meran) ‘translata ibidemque reerecta’ Lachemair a. 1696 in ms. bibl. Dipaul. tom. 424 nunc Ferdinand. 631 p. 3. ‘abgezeichnet den 14 8br 1735. Gefunden in dem Cillthal ober Partschins’ Roschmann m. 938 et ‘in dem ... Revier auf der Telle genennt, gefunden’ Leben Valentini 1746 p. 62. 64. post viderunt alii; nota Giovanelli ara Dianae 1824 (inde Mazegger, Römerfunde in ... Mais 1896 p. 19). ara, cui olim statua imposita erat, ex marmore subflavo, alta nunc 109 cm, lata 43–54,5 cm, in agrum 33 cm, nunc extat Innsbruck in Ferdinandeo. in lateribus sinistro urceus, dextro patera.

CIL. V 5090; contulit Mommsen, recognovi; v. tab. 10.

IN · H · D · D ·
SANCT · DIAE
NAE · ARAM ·
CVM · SIGNO · Æ
TETVS · AVGG
NN · LIB PP · STAT · M
IENS · XXXX · GALL · D
DIC · ID · AVG · PRAESENT · COS aut 217 aut 246

lectio certa est. accipe: *In h(onorem) d(omus) d(ivinae) sanct(ae) Dianae aram cum signo Aetetus Aug(ustorum) n(ostrorum) lib(ertus) p(rae)p(ositus) stat(ioni) Maiens(i) quadragesimae Gall(iarum) dedic(avit) id(ibus) Aug(ustis) Praesent(e) cos(ule).*

---

69. arae fragmenta complura, reperta in agro inter **Mals** et Laatsch, tum exhibita Mals ad ecclesiam parochialem, illata a. 1902 Innsbruck in museum Ferdinandeum ibique coniuncta. partem superiorem dat (‘inveni ... anno 1736’) Roschmann ms. 848 fol. 233^{R}; ‘inversam ... et dimidia parte corruptam pro sedili ante templum parochiale Malsii in Valle Venusta a Latere positam’ Veldidena p. 161; utramque Giovanelli arae Dianae p. 156, auctore Ioh. Greil; cf. Mazegger Mitt. d. k. k. Centr.-Comm. N.F. 21 (1895) p. 72. rectius prioribus primus legit Fr. v. Wieser Zeitschr. d. Ferdinandeums 3. Folge Heft 56 (1912) p. 536. ara ex marmore subrubro, nunc alta 91 cm, lata 44 cm, in agrum 22 cm; dextra pars fere tertia periit.

CIL. V 5091; contuli; v. tab. 10.



lectio certa (omisi errores priorum in CIL. repetitos). in fine v. 5 post N adest pes septimae litterae, quae utrum A an V fuerit dubito. sic exple et intellege: *D(is) ⟨M(anibus)⟩. Rufina⟨e⟩ coniug⟨i⟩ Chrysog⟨onus⟩, Mucian⟨us aut -a⟩ et Rufinu⟨s et⟩ Chrysis m⟨atri kari⟩ssim⟨ae f(aciundum) c(uraverunt)⟩.*

---

70. Chur. (CIL. XIII 5251, quam editionem Mommseni hic fere repetiisse sat habeo.) — in crypta monasterii S. Lucii in marmore sculpta. Tsch. similiterque Stumpf. Nuper tabulae huius marmoris candidi particula continens principia vv. 18. 19. 20 denuo ex solo prodiit in loco a Curia longe distanti castro Gons (Gunz) supra Mols ad lacum Wallenstadiensem, in opere collocata in diversorio Baumeri, quo quis attulerit, ignoratur. Ea pars adservatur hodie cura Immleri in museo Sangallensi.

SCE M EPCS
HOC IACIT IN TOMOLO QVEM DEFLEVIT
RETICA TELLVS
MAXIMA SVMMORVM GLORIA PON
TIFECVM
ABIECTIS QVI FVDIT OPES NVDA
TAQVE TEXIT
AGMINA CAPTIVIS PRAEMIA LARGA
FERENS
EST PIETAS VICINA POLO NEC FV
NERIS ICTVM
SENTIT OVANS FACTIS QVI PETIT
ASTRA BONIS
HIS POLLENS TITVLIS VALENTIA
NE SACERDVS
CREDERIS A CVNCTIS NON POTV
ISSE MORI QVI VIXIT IN HOC SAE
C·AN~~N·PL·S·MN·~~LXX·DP^{S}·SVB·Ø·GI·ID·IAN
SEPS P CS BASI VC CS·INØ·XI·PAVENVS·NE a. 548
POS IPSIVS HEC FIERI ORDINAVIT

ʿTschudi cod. Sangall. 609 p. 84 (unde ed. Voegelin, Jahrb. f. Schweiz. Geschichte vol. 11 a. 1886 p. 134) et cod. Turic. 105 f. 1, Vindonissensis 5215 f. 28, ed. p. 298, qui ait se vidisse; eodem exemplo Stumpf cod. civ. Turic. Leu 47 p. 91, Chronik ed. 1548 X, 17. Inde reliqui . . . . Fragmentum quod superest P. Immler misit Kellero et Meyero (ʿerster Nachtragʾ Anzeiger f. Schweizerische Alterthumskunde XV 1865 n. 45); quo pertinuerit, agnovit Natsch Molsensis Schweizer Anzeiger 1866 p. 4 et in tabula n. 1.

V. l. dabo Stumpfii et Tschudii codd. Sang. et Vind. — 3 RHETICA Tsch. (Vind.). — 4 SVMORVM Tsch. (Vind.). — 5 TIFICVM Tsch. (Vind.). — 12 FETIT traditur. — 18 sic Tsch. (Sang.) et Stumpf (sed hic IA pro IAN), DE^{S}·SVB·SI·IDIAN Tsch. (Vind.). — 19 RASI Tsch. (Vind.) — IN pro IND Tsch. (Vind.) — SIVS HEC (sic Tsch. cum lapide, HAEC Stumpf) FIERI ORDINAVIT pro supplementis profert Stumpf ms., tamquam ex lapide habent Tschudi et Stumpf ed.ʾ MOMMSEN.

addo transcriptionem et adnoto carmen editum esse a Buechelero in Anth. lat. carm. epigr. II p. 649 n. 1378.

S(an)c(t)e m(emoriae) ep(is)c(opu)s.
Hoc iacit in tomolo quem deflevit Retica tellus,
maxima summorum gloria pontifecum,
abiectis qui fudit opes nudataque texit
agmina, captivis praemia larga ferens.
est pietas vicina polo, nec funeris ictum
sentit, ovans factis qui petit astra bonis.
his pollens titulis, Valentiane sacerdus,
crederis a cunctis non potuisse mori.
qui vixit in hoc saec(ulo) ann(os) pl(u)s m(i)n(us) LXX, d(e)p(ositu)s sub d(ie) VI id(us) Ian(uarias) sep(tima)s p(ost) c(o)s(ulatum) Basi(lii) v(iri) c(larissimi) c(o)s(ulis) ind(ictione) XI. Paulinus nepos ipsius hec fieri ordinavit.

sepultus igitur est Valentianus 8. ian. 548.

---

71. Chur. (CIL. XIII 5252 quam editionem repeto). in monasterio S. Lucii ad scalam TSCHUDI et STUMPF. In Italos quosdam homines nequam qui lapidem hunc et alterum paucos ante menses pessumdederint acriter invehitur CAMPELLVS.

HIC SVB ISTA LABI
DEM · MARMOREA
QVEM · VECTOR ·
VER · INLVSTER · PRESES
ORDINABIT · VENIRE
DE · TRIENTO ·
HIC · REQVIESCIT . . . .
CLARESIMVS . . . . . .
PROAVVS
DOMNI · VECTORIS
EPI
ET · DOMNI · IAC*ta* DI

Tschudi cod. Sangall. 609 p. 84 (unde ed. Voegelin l. c. [v. ad n. 70] p. 135) et cod. Turic. 105 f. 1, Vindonissensis 5215 f. 28, ed. p. 299 eodemque exemplo Stumpf cod. civ. Turic. Leu 47 p. 91, Chronik ed. 1548 X 17. Inde . . . Mohr cod. dipl. Raetiae I n. 3, qui citat praeterea Campellum.

ʿOmnes C sunt sic Cʾ Tschudii et Stumpfii codd. — 7. 8 Tschudius in recensionibus posterioribus sic bis interpolavit diverse:

cod. Turic. f. 1	cod. Vindon. f. 28 ed.
HIC REQVIESCIT	HIC REQVIESCIT
CLARESIMVS IACTAT	CLARESIMVS VICTOR

Ceterum CLARISSIMVS Stumpf ed. err. typ. — 12 IAC//DI Tsch. (Sang.) m. 1, IA*cta*DI Tsch. (Sang.) m. 2 Stumpf, IACTADI Tsch. (Tur. Vind.) MOMMSEN.

addo transcriptionem: *hic sub ista labidem marmorea, quem Vector, ver inluster, preses, ordinabit venire de Triento, hic requiescit . . . claresimus . . . proavus domni Vectoris ep(iscop)i et domni Iac(ta)di.* sermo est barbarus fere VI ti post Chr. saeculi.

71ᴬ. Chur. (CIL. XIII 5253; repeto Mommseni verba.) in crypta monasterii S. Lucii litteris maiusculis in marmore TSCHUDI STUMPF. Videtur interiisse cum praecedente (n. 71).

HIC SVB ISTA LABIDE
MARMOREA
QVEM VECTOR VER IN
LVSTER PRESES
ORDINABIT VENIRE
DE VENOSTES
HIC REQVIESCET
DOMINVS

Tschudi cod. Sangall. 609 p. 84 (unde ed. Voegelin p. 135) et cod. Turic. 105 f. 1, Vindon. 5215 f. 28, ed. p. 228 eodemque exemplo Stumpf cod. civ. Turic. Leu 47 p. 92, Chronik ed. X 17. Inde . . . alii.

1 LAPIDE St. (ed.) err. typ. MOMMSEN.

addo transcriptam: *hic sub ista labide marmorea, quem Vector, ver inluster, preses, ordinabit venire de Venostes, hic requiescet dominus . . .*

72. Bregenz. tabula reperta die 19. aug. 1858 ʿbeim Abbrechen des alten Frohnfestenthurms zu Hohen-Bregenz, das ist in der oberen Stadtʾ Bergmann Sitz.-Ber. d. Wien. Ak. 29 (1858) p. 80; cf. Anzeiger f. Schweiz. Alterth. Gesch. 11 (1865) tab. II 3 et p. 35. lapis harenaceus (92×81×27 cm) extat adhuc in museo Brigantino (A 1).

CIL. III 5769 = 11879; descripsit Hirschfeld; recognovi; v. tab. 11.

dRVSO·TIB·F·
CAESARI

litterae bonae: deest nihil. quamquam honores sacerdotiaque Drusi minoris tacentur, tamen potest titulus positus esse paullo post mortem eius (a. 23) ut alii (Romae CIL. VI 910 = Dessau 168: in valle Poenina CIL. XII 147 = Dessau 169). utique antiquissimus est Raetiae.

72A. Bregenz ʿam Oelrainʾ. fragmentum marmoreum (fere 26×13×5 cm), litteris magnis fere 18 cm, repertum a. 1908, nunc in museo (A 199): v. C. v. Schwerzenbach Jahresber. f. Vorarlberg 47 (1911) p. 79; recognovi.



MV interpretatus est Schwerzenbach, mihi certum visum est intellegere AV ut fuerit AV⟨G⟩.

73. Bregenz ʿam Oelrainʾ. tabula magna (alta 76, lata 120, crassa 20 cm) ex lapide harenaceo, varie fracta, litteris magnis et bonis, reperta a. 1889: v. Ienny Mitt. d. Centralcomm. N. F. 17 (1891) p. 204; extat in museo (A 3).

CIL. III 11880; contulit Hirschfeld; recognovi; v. tab. 11.

DIS·DEABVSQ

lectio certa, nil desideratur. cf. n. 74.

74. Bregenz ʿam Oelrainʾ. tabula harenacea eiusdem formae et magnitudinis ac n. 75 (77×120×20 cm), rep. a. 1894; v. Ienny Mitt. d. Centralcomm. N. F. 20 (1894) p. 249; extat in museo (A 4).

CIL. III 13542; descr. Ienny; recognovi; v. tab. 11.

DI[illegible]DEABVSQ
CIVES·I[illegible]INEGOT
[illegible]IC[illegible]NTIENS·

2 post CIVES Ienny sibi deprendere visus est R litteram, ego non vidi nisi hastam rectam, nec spatium permittere videtur ut expleamus ROM ante NEGOT; quamquam sententia efflagitari opinor nominatos esse cives Romanos, potest tamen scriptum fuisse R· sequente indicatione mercium quas illi negotiatores venum dabant: cf. CIL. XIII 6797 *cives Romani manticulâri negotiatores* (Mogontiaci). v. 3 iam Ienny explevit *Brigantiens(es)*.

74A. Babenwohl non longe a Bregenz. ara harenacea (93×44 cm, litterarum spatium 61×34 cm), reperta a. 1904, illata in museum (A 5): C. v. Schwerzenbach Mitt. d. Centralcomm. 3. F. 3 (1904) 123.

—; recognovi; v. tab. 12.

DEO·HAR
AVREL·
AVG[illegible]VS
V·S·L·L·M

lectio certa: *deo Har(..?) Aurel(ius) Augustus v(otum) s(olvit) l(aetus) l(ubens) m(erito)*.

74B. ʿBrigantii (... nostrate lingua vocatum Bregenz) ... superioribus annis terra effossaʾ Mich. Hummelburg in epistula scr. Ravenspurgi 9. Iun. 1519 ad Conr. Peutinger, edita a Veith, hist. Peutingeri (1783) p. 190. ʿBrigantii repertumʾ Velser 1594 p. 271 (inde Gruter 53, 10; Weizenegger, Vorarlberg 2, 265). ʿHunc lapidem se domi habere aiebat dominus stattamannus Bertel in Lindaw, cui fidem vix adhibeoʾ Franc. Ransperg († 1670) in chron. annal. Maioris Augiensis (Mehrerau), ut enotavit Pez in schedis servatis Melkii teste Bergmanno; similia profert Weizenegger. tractavit Bergmann Wiener Sitz.-Ber. 7 (1851) p. 229 s. et Wiener Denkschr. phil.-hist. 4 (1853) 62; cf. F. Deycks Rhein. Jahrb. 19 (1853) 28; I. Becker Rhein. Jahrb. 21 (1854) 180. 50/51 (1871) 167; Hettner die röm. Steindenkmäler d. Mus. zu Trier (1893) p. 48 ad n. 73; Ihm Pauly-Wissowas Realencycl. II p. 431, III p. 852. — Vulgo narrari lapidem delatum esse Vindobonam imperante Iosepho II addit Bergmann, simul negans reperiri Vindobonae. ʿGioffredus, storia delle Alpe marittime (monum. hist. patr. Taurinensia script. 2) p. 109 titulum desumpsit ex Grutero tamquam repertum ʿin Brianzoneʾ, confundens oppida Briançon (Hautes Alpes) et Bregenzʾ Mommsen CIL. III p. 1050. nec minus falso Ihm PW. II p. 431 lapidem tribuit oppido Briançonnet (Alpes maritimes).

CIL. III 5768 ex prioribus; periit.

IN · H · D · D
DEO · MERCVRIO
ARCECIO · EXVO
TO · ARAM · POSVIT
SEVERIVS · SEVE
RIANVS · SVB · COS
LEG · III · ITALIE
GORDIAN p. Chr. 238/44
BE· CO
S · L

2 MERCVRIO Veith. 5 SEVERVS Veith. 6 sic Veith et Velser; munus non novimus. 7 ITALIE Veith, ITAL·F Velser; corrige ITALICE, nisi fuit ITAL·P·F *piae fidelis*. 8 CORDIAN Veith. v. 9 om. Veith, unde coniecturam fecit Mommsen, haec BE·CO quasi correctionem ad v. 6 SVB·COS in epistula Hummelburgii adscripta fuisse et a Velsero falso loco inserta, intellegens *b(ene)f(iciarius) co(sularis)*.

accipe: *In h(onorem) d(omus) d(ivinae): deo Mercurio Arcecio ex voto aram posuit Severius Severianus ⟨....⟩ cos(ularis) leg(ionis) III Ital(icae) p(iae) f(idelis) Gordian(ae) ⟨v(otum)⟩ s(olvit) l(ubens) ⟨m(erito)⟩*.

---

75. Bregenz ‘auf dem Auratplateau’. fragmentum tabulae aheneae, altum nunc 15 cm, crassum 5 cm, nunc in museo (n. 467): IENNY Mitt. d. Centralcomm. N. F. 5 (1879) p. CXXII; ‘früherer Besitzer der Inschrift Johann Wieser, schrieb, sie sei „a. 1848 oder Anfangs 49 in einem Gut auf dem Ölrain, nicht weit von der neuen Landstrasse“ gefunden worden’ HAUG Bonn. Jahrb. 69 (1880) p. 106.

CIL. III 11881; descr. Hirschfeld; recognovi; v. tab. 11.



non esse fragmentum diplomatis militaris iam Hirschfeld dixit; litterae enim plane aliter collocatae sunt atque in diplomatis solent estque tabula crassior illis.

75A. cassides duae aereae rep. a. 1887 in Dux prope vicum **Schaan** (Lichtenstein), prior nunc est domo C. de Schwerzenbach (Bregenz), altera in museo Brigantino: IENNY Mitt. d. Centralcomm. N. F. 13 (1887) p. CLXXXIX et Jahresber. Vorarlb. Mus. 26 (1887) 48 s. cf. Westd. Korr.-Bl. 1887 p. 222. nomina punctim sunt scripta in frontibus.

CIL. III 12031, 3. 4 descr. Hirschfeld; recognovi alteram (2), quae conspicitur in tab. 11.

1) P · GAVIDIVS · FELIX · C · C · PETRONI ·
2) N · POPONI · C · L · TVRETEDI · COR III

lege: *P. Gavidius Felix c(enturia) C. Petroni* et *N(umerius) Po(m)poni(us) c(enturia) L. Turetedi cort(is) III*.

75B. **Bregenz** ‘am Oelrain’. fragmentum operis tectorii (15×14×5 cm), rep. a. 1908 in porticu thermarum Romanarum, nunc in museo; scariphatae sunt litterae unciales: I. IACOBS Jahresber. f. Vorarlberg 47 (1911) p. 77.

—; recognovi; v. tab. 12.

MV
CVM
DESISTEM
TEVCRIS

reliquias esse versuum Verg. Aen. 12, 58 ss. vidit Iacobs: exple verba Amatae ad Turnum sic

⟨decus imperiumque Latini⟩
⟨te penes, in te omnis do⟩mu⟨s inclinata re⟩cum⟨bit⟩,
⟨unum oro⟩: desiste m⟨anum committere⟩ Teucris.

fragmentum igitur componendum est cum ceteris versibus Vergilianis passim in lapidibus parietibusve adscriptis, quos enumerat ex. gr. Bücheler Carm. epigr. II p. 824 s. n. 1786; cf. ind. p. 917 ss.: in Raetia alterum exemplum non inventum est.

---

76. Bregenz. tabula plumbea lacera (fere 6,6×16,9×0,1 cm), rep. a. 1865 ‘auf der römischen Begräbnisstätte’ in sepulcro mulieris cum speculo aheneo et armillis: descr. ediditque ZANGEMEISTER Mitt. d. Centralcomm. N. F. 8 (1880) p. 57 s. cum imagine zinkographica; IENNY Bonner Jahrb. 74 (1882) p. 181, inde HIRSCHFELD CIL. III 11882 cum eadem imagine; WÜNSCH CIGr. III 3 (1897) suppl. p. XXV; AUDOLLENT, defix. tab. 1904 n. 93 p. 146. — litterae cursivae, in parte b) levissime scariphatae ab altera manu et valde detritae, ut aegre discernantur: sic refert Zangemeister. — tabula Brigantii desideratur nec scitur quo delata sit.

CIL. III 11882 descr. Zangemeister; periit. ab altera parte litteris cursivis:

DOMITIVS·NIGIIR·IIT·
LOLLIVS·IITIVKIVSSIIVIIRVS
IITSIIVIIRVS·NIGRISIIRVSADVII
AR BRVTTAII·IIT·QVISQVISADVII
RSVSIKAMKOQVTOMNIIS
PIIRDIIS

accipe: *Domitius Niger et | Lollius et Iulius Severus | et Severus Nigri ser(v)us adve⟨rs⟩|ar(ii) Bruttae et quisquis adve|rsus il(l)am loqut(us est) omnes | perdes.*

ab altera parte:

.....VOSOMNIIS/VIILLI
MAIIIVIIRA IS DARI
ADMO/SARO//MIOA///V
M I NORII ///T////TI¹I
/////V////NIIIT///
DIMID////IIVALIIRIVMI
AETN//IIR

lectio incertissima: constant hae fere

1 ⟨*reliq*⟩*uos omnes* ⟨*q*⟩*ui illi*
2 *mali* ⟨*f*⟩*uera*⟨*t*⟩*is dari*
3 *ad mo* . . . . . .
4 *minore* . . . . . *ti* . .
5 . . . . . *nti et* . . . . .
6 *dimid* . . . . . *Valerium*
7 . . . . . *a et N* . . *er*

76A. Bregenz. tabellae plumbeae duae bis scriptae rep. a. 1889 ʿauf der römischen Begräbnisstätte bei zwei Skeletten': Hirschfeldio misit Ienny; descripsit Dressel; mensuras fortasse liquarias fuisse coniecit Ienny. — CIL. III 11883 imagines zinkographicae. — tabellae item ut n. 76 Brigantii non iam extant; nemodum plene legere neque explicare potuit.

76B. prope Bregenz. tegulae pars dextra cum sima; alta 48 cm, lata adhuc fere 18 cm; extat Bregenz in museo. ed. Douglass die Römer in Vorarlberg, 12. Rechenschaftsber. des Vorarlb. Mus.-Vereins 1872 p. 51 adiecta tabula photographica. photographon optimum mihi misit v. Schwerzenbach.

CIL. III p. 963 n. 24 ex Douglass; cf. p. 1866; legi quantum potui photographon: v. tab. app.

ᴧT
ᑐIS N
ᴧT°ı
ᔑ
ᑐ N T

2 *fin* et 3 *fron* legendum esse censet Zangemeister, quem tamen puto inversam legisse.

77. Bregenz. scariphatum in basi columnae in ruderibus porticus ad forum antiquum: ed. Ienny Centralcomm. 1889 p. 91 ligno incisam. non noverunt qui nunc museo Brigantino praesunt.

CIL. III 11884 descr. Hirschfeld; periit.

MIIMANƏVS
VKN IIC LIIƏAVI

infra ab alia manu

C×TTIA

lege *Memandus Iedavi C⟨a⟩ttia⟨m⟩*; subesse verbum obscaenum coniecit Hirschfeld. potest tamen *Iedavi* pro genetivo haberi.

77A. Bregenz. anulus argenteus (diam. 16–19 mm), rep. Brigantiae ʿim Römerkeller'a. 1878; ed. Ienny Mitt. d. Centralcomm. 1879 p. L; Rechenschaftsber. d. Vorarlberg. Landesmuseums 1880 p. 24; Henkel röm. Fingerringe n. 394 cum imagine. extat in museo.

CIL. III 12033, 3 cont. Hirschfeld.

MER

lege *Mer⟨curio⟩*. Ienny legerat MEK = *Mel* vel MEF.

77B. Bregenz. anulus aereus (diam. int. 19 mm), rep. in ʿröm. Gräberfeld, Skelettgrab N. 537': ed. Henkel röm. Fingerringe n. 936 cum imagine. extat in museo.

VI

lege: *vi⟨vas⟩* vel *vi⟨ta⟩*.

78. Isny. de loco cf. Chron. mon. Isny ad n. 470 exscriptum; inde Luenig teutsches Reichsarchiv vol. 18 (1716) p. 836 (inde Staelin, Württ. Gesch. 1, 55). ʿNach der Kloster-Chronik und nach einer „politisch-statistischen Geschichte der uralten Dynastie Trauchburg" (Mspt) [des Grafen Max Wunibald von Zeil] kam . . . dahin [scil. Isny in monasterium] auch noch ein 2tes [praeter miliarium n. 470], wieder verlohren gegangenes Devotions-Monument' Raiser ODKr. I p. 35. ed. Haug-Sixt² n. 1 p. 27.

CIL. III 5770 ex prioribus; periit.

IMP · CAES · DIVI · TRAIANI · P · DIVI
NERVAE · PRONNE · ANTONINV ·
AVG · PIO · ⁄T PONT · MAX · VII ·
COS · III · P · P · CIVITAES

sic exhibet Chronici cod. Stuttgartensis, item Luenig, nisi quod in v. 2 dat NERVA · PRONNE. in v. 3 T in ipso codice deleta est. in universum iam recte explevit Raiser, diligentius Mommsen. lege:

IMP · CAES *divi hadriani f.*
DIVI · TRAIANI · P*arthici nep.*
DIVI · NERVAE · PRONEP · *t. ael.*
ANTONINO · AVG · PIO · PONT · MAX ·
trib. pot. VII · COS · III · P · P
CIVITAES
. . . . . .

comparatis miliariis Rhenanis conici potest, etiam hunc lapidem fuisse miliarium. certe est anni p. Chr. 144.

Columnam miliariam repertam in monasterio Isny v. n. 470.

78[A]. **Freundholz** (inter Kempten et Sonthofen). ʿi. J. 1828 ein römischer goldener Ring gefunden, dessen Gold 10 fl. 36 kr. werth war und den leider der Goldschmid in Staufen eingeschmolzen hat. Dieser seltene Ring hatte die von dem Goldschmid noch decopirte Inschrift

VINCVLVM VERVLAE

RAISER Ober-Donau-Kreis 1 (1830) p. 38 secundum ZÖRR medicum Immenstadtensem; inde CIL. III 6019, 14.

---

79. ʿ**Camboduni** lapis muro domus salinariae affixusʾ PEUTINGER cod. Halder. 4 f. 56. ʿin publica Salis tabernaʾ ed. 1505 f. 7[V] (inde Hartmann Schedel cod. Monac. l. 716 fol. 64) et 1520 f. 9. cf. Apian. 429, 1 et 454, 1; Welser 1590 f. 18[V] et 1594 p. 254; Gruter 694, 3. ʿetiamnum in foro lapis muro domus mercatoriae inhaeretʾ GERBERT iter Alem. 1765 p. 136; ʿDieses Monument befindet sich an dem Eck des Städtischen Güterstadels in Kempten und wurde nach und nach ganz übermauert. Nach hergestellter Reinigung . . . wurde wahrgenommen, daß viele Buchstaben bereits sehr gelitten haben, und daß die Inschrift nur noch mit Zuhilfenahme der ältern Abschriften gelesen werden kannʾ RAISER ODKr. 1 (1830) 46. quod aedificium ʿGüterstadelʾ ʿstand östlich vor dem Rathause und wurde im J. 1848 abgebrochen, worauf der Stein in die Sammlung . . . Leichtle gebracht wurde, wo er sich noch befindetʾ OHLENSCHLAGER Sitz.-Ber. Bayer. Ak. 1887 p. 173. nunc est in museo municipali. — Hefner R. B.[3] n. 242. — lapis altus 47, latus 95, crassus 51 cm non habet formam arae; postea in parte superiore factum est cavum (31×46 cm; altum 21 cm), ut totum nunc aspectum fere praesepis habeat.

CIL. III 5771 = 11885: v. tab. 12. sic descripsit Peutinger et repetiverunt post eum

LVCIANO · EVGILI
ANO · FILIO · CARIS
SIMO · VIXIT · ANNOS
XIX · LVCIANVS · ING ·
5 PATER · FECITSS

rectius aliquanto versus divisit Raiser (inde Hefner R. B.[3] n. 242); melius legerunt OHLENSCHLAGER Sitz.-Ber. d. Bayer. Akad. 1887, 173 ss. et HIRSCHFELD a. 1890; ipse recognovi; v. tab. 12.

extant hae literae, quarum tamen partem lectores male seduli stilo vel cultro redintregaverunt, ut hic illic dubites num re vera olim sic extiterint.

LVCIANIO ·
LVCILLANO ·
FILOCARISSIMO
VIXITA/////
5 LVCIAN///
/////////

accipe sic: *Luc⟨i⟩anio Luc⟨i⟩lliano fil⟨i⟩o carissimo vixit a⟨nnos XIX⟩ Lucian⟨ius In⟨genus⟩ pater fecit⟩*. quid sibi velint ultimae a Peutingero exceptae SS (pro quibus Raiser errore dedit LL) nescio; fortasse erat ornamentum, vix *s(ibi) s(uisque)*.

v. 2 I minor supra pedem litterae L ante A mihi certa est visa, item in v. 3 ante O post L minor I adfuisse videtur. v. 5 sic legit Hirschfeld, ego vereor ne quae cernuntur omnes recentes sint.

---

80. originis incertae fragmentum marmoreum (26×15×2,8 cm) litteris bonis olim miniatis extat in museo Kempten. non inventum esse inter rudera effossa in agro Lindenberg, sed aliunde dono datum esse, fortasse etiam ex Italia ad-

vectum rogati mihi responderunt Ullrich et Fraas. recepi tamen ne neglectum iaceret.
— v. tab. 12.



ante 1 non deest versus alius. 2 exple ⟨*vixit an*⟩*n. LX.* 3 incertum utrum T fuerit an F. 4 fortasse ⟨*fil*⟩*io.*

---

81. Lindenberg prope **Kempten.** fragmenta varia diversorum titulorum; A)–D) reperta in foro Romano a. 1885 edidit Ohlenschlager Allgäuer Gesch.-Ver. I p. 67; cf. Sitz.-Ber. d. Bayer. Akad. 1887 p. 172, Anm. 1 et 'Das röm. Forum zu Kempten' p. 17. sunt in museo municipali Camboduni.

CIL. III 11886 legit Hirschfeld; recognovi.

A) graurotweiße Serpentinplatte (14×12×1,5 cm): catalog. I 25

O M litterae altae fere 5 cm

B) dunkelgraurote Serpentinplatte (23×22×4 cm): catalog. I 26

E·A litterae altae 9 cm

C) rötlicher Marmor (12×12×10 cm): catalog. I 23

VI litterae altae 4,5 cm

D) rötlicher Marmor (10×9×10 cm): catalog. I 24

ID

E) dunkelgrauer Serpentin (37×22×3–4 cm): descripsi fragmentum repertum 24. 10. 1912 Lindenberg 'in der Einfüllung einer Abortgrube ... des großen Hauses N. VI (1912)' Reinecke. litterae altae 6 cm; nondum editum.



versus 2 ultimus erat tituli

Miliaria reperta prope Cambodunum et Türkheim v. n. 471–474.

82. Obergünzburg. 'anno MDCC sub ... d. Ruperto ... eccl. Campidonensis abbate ... d° Andrea Eberhardo l. b. de Stuben loci praefecto ad illustrandam Guntiae antiquitatem aram Mercurii, vetus marmor dedicatum sub natalem Christi et aevum Augusti, quo 'videre Rhaeti bella sub Alpibus Drusum gerentem et Vindelici' in platea proxima a semetipso detectum Ioa. Petr. Pagenius Tolbiacensis restitui et exponi f(ecit)'

'Impia Mercuri quondam delubra, beate,
nunc, Martine, sacra nobiliora tenes'

Titvli supra ipsum lapidem in pariete ecclesiae affixi. 'in dem Eingange des Thorthurms der Kirchhofmauer befestigt', tum deleta hac turri 'an der Pfarrkirche wieder aufgerichtet' Stichaner Intelligenzblatt d. Illerkreises 1814 p. 581 et 670. 'am 3. Juny 1699 ... aufgefunden', post 'östlich an der Pfarrkirche zu Ober-Günzburg in der erforderlichen Höhe, um gegen Beschädigungen geschützt zu seyn' Raiser Oberdonaukr. I (1830) p. 61; cf. Hefner R.B.^{3} n. 55. lapidem nunc eodem loco ecclesiae (fere 3 m supra solum) affixum vidi ipse die 19. IX. 1911; die 19. XII. e. a. mihi contulit et photographon ectyponque fecit C. Gareis; pars servata alta est 90 cm, lata fere 44 cm.

CIL. III 5772 (ex prioribus); v. tab. 12.

haec descripsit Gareis:



adnotat Gareis in 1 post DEO punctum esse dubium, in 3 tertiam videri esse P, posse etiam R (ectypon ne B quidem excludit), in 4 primam legi posse pro X. certa igitur est lectio: *Deo Mercurio pro salute*, tum in v. 3 priorum aliquem legisse *P. Arr(ii)* ⟨*Vi*⟩*ctoris* scribit Raiser, quae lectio vera videtur nisi fuit *Apr(ilii)*, *Apr(onii)*; deinde sequebatur nomen eius qui *vo(tum) s(olvit) l(aetus) l(ubens) m(erito)*; minus placet interpretatio qualis *P. Arr(ius) Victori*⟨*nian*⟩*u*⟨*s*⟩ *v. s.* ⟨*l. l. m.*⟩; omnino abicienda est lectio Pageni v. 3 *exerc(itus) Raetici.*

---

83. **Ludenhausen** prope Epfach. ara calcarea (111×60×47 cm), laesa a parte superiore sinistra, reperta ad ecclesiam 'unter der Traufe des Kirchendaches', a. 1834 illata dono Weishauptii Augustam in museum (B 10): Jahresber. hist.

Ver. Ober-Donau-rKeis 1 (1835) p. 2; HEFNER R. B.[3] n. 67; MEZGER catal. p. 19.

CIL. III 5773 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 12.

D E O
MERCVRIO
CIMIACINO
ARAM TVRARIAM
M · PATERNIVS
VITALIS · QVI
AEDEM FECIT · ET ·
SIGNVM · POSVIT
V · S · L · L · M
DEDICAT · III · KAL · OCTOBR ·
GENTIANO · ET · BASSO · COS a. p. Chr. 211

superficies aspera, at lectio certa.

lege: *Deo Mercurio Cimiacino aram turariam M. Paternius Vitalis, qui aedem fecit et signum posuit, v(otum) s(olvit) l(aetus) l(ubens) m(erito); dedicat(a) III Kal(endas) Octobr(es) Gentiano et Basso cos(ulibus).*

---

84. Epfach. lapides 84. 85. 86. 87. 90. 91. 92 omnes reperti sunt in muro qui olim collem S. Laurentii prope Epfach cingebat, composito ex variis ruderibus Romanis; hunc murum inde ab anno 1830 destruebant et lapides non inscriptos divendebant, inscriptos docti intulerunt a. 1833 in museum Augustanum. rettulerunt de his inventis WAGLER Inland 1830 N. 293–295; BOXLER Epfach (1831) p. 38 ss., plenius JAHRESBER. hist. Ver. Ober-Donau-Kr. 1 (1835) p. 3 ss. — lapis tophaceus (38×80 cm); HEFNER R. B.[3] n. 316; MEZGER catal. p. 29; Cumont, Mithra 2 inscr. 422.

CIL. III 5774 vidit Mommsen; recognovi; v. tab. 12.

SOLI · sacr
TIBCLTIB · CL · Macedonis
FILMACE do

lege: *Soli ⟨sacr(um)⟩: Tib(erius) Cl(audius) Tib(eri) Cl(audi) M⟨acedonis⟩ fil(ius) Mace⟨do d(e)d(icavit)⟩.*

---

85. Epfach. lapides tophacei sex permagni reperti in muro (cf. ad n. 84), nunc in museo Augustano (A 18): male compositi JAHRESBER. hist. Ver. Ober-Donau-Kreis 1 (1835) p. 8; item HEFNER R. B.[3] n. 134; recte HENZEN 6856, cf. Rhein. Jahrb. 13 (1848) 78 ss.; MEZGER catal. p. 11.

CIL. III 5775 contulit Mommsen, recognovi; v. tab. 13. litterae satis bonae (altae 13 cm)



de cursu honorum cf. n. 86 et HIRSCHFELD die kaiserl. Verwaltungsbeamten[2] p. 420 nota 2.

lege: *⟨Cl(audius) P⟩aternus Cleme⟨ntianus⟩, proc(urator) Au⟨g(usti)⟩, praef(ectus) eq(uitum) alae Silia⟨nae⟩ torquatae c(ivium) R(omanorum), trib(unus) ⟨militum⟩ leg(ionis) ⟨XI Claud(iae) praef(ectus) coh(ortis) cla⟩ssicae . . . . fecit.*

lapides n. 85. 86 possunt fuisse in eodem monumento cuius fuit n. 87.

---

86. Epfach. lapis calcareus, altus fere 110 cm, latus 57 cm (crassitudo mensurari nunc non potest), repertus a. 1830 in muro (v. ad n. 84), translatus Augustam in museum (A 20). tractaverunt WAGLER Inland 1830 n. 221; BOXLER Epfach 1831 p. 39 et Oberb. Arch. 1, 132 et Bair. Ann. 1833 p. 1021; JAHRESBER. hist. Ver. Ober-Donaukr. 1835 p. 6 (inde HEFNER R. B.[3] n. 133); MEZGER catal. p. 12; ex CIL. sumpsit DESSAU n. 1369. litterae nunc male pictae.

CIL. III 5776 contulit Mommsen; recognovi; v. tab. 14.

CL PATERNVS
CLEMENTIA / VS
PROC AVG
PROVINCIA / / /
IVDVALSAR / / / / /
AFRICAEET / / / / / /
PRAEF EQ / / / / / /
SILIANAE / / / / / /
TRIB · MILIT / / / / /
LEG XIC /
PRA / / / / / / / / / /
. . . . . .

accipe: *Cl(audius) Paternus Clementia⟨n⟩us proc(urator) Aug(usti) provincia⟨rum⟩ Iud(aeae) v(ices) a(gens) l(egati), Sar⟨din(iae)⟩, Africae et ⟨Raetiae?⟩, praef(ectus) eq(uitum) ⟨alae⟩ Silianae ⟨torq(uatae) c(ivium) R(omanorum)⟩, trib(unus) milit⟨um⟩ leg(ionis) XI C⟨l(audiae)⟩, pra⟨ef(ectus) coh(ortis) classic(ae)⟩ . . . . ⟨fecit⟩.* cum vacuum

sit versus insequentis post 11 initium, brevis tantum dedicationis formula secuta esse videtur. notandum tamen quod Boxler habet in v. 12 litteras F.....I.....SS, quae possunt fuisse *fieri iussit*. de cursu honorum v. ad n. 85.

---

87. Epfach. lapis calcareus (73×61×62 cm), repertus a. 1830 (v. ad n. 84), illatus in museum Augustanum (C17); v. JAHRESBER. hist. Ver. Ober-Donau-Kr. 1835 p. 8 (inde HEFNER R.B.[3] n. 135); MEZGER catal. p. 45.

CIL. III 5777 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 13.

CL INDVT*i f.*
CLEMENTI*nae*
CL PATERNVS
CLEMENTIAN*us*
PROC·AVG
MATRI

primus recte explevit Mommsen; lapis putandus est olim locum habuisse in basi monumenti sepulcralis maioris.

lege: *Cl(audiae) Indut⟨i f(iliae)⟩ Clementi⟨nae⟩ Cl(audius) Paternus Clementian⟨us⟩, proc(urator) Aug(usti), matri.*

---

88. Epfach. reperta a. 1750 'nuperrime, triennio abhinc videlicet . . ., dum vetus S. Laurentii sacellum ampliatum atque a fundamentis renovatum fuit. iacuit sub ipsa ianua profundissime defossum saxum quadratum, in quo Romanis litteris inventa inscriptio, non integra quidem, sed cuius pars deest, et aequali saxo inscripta fuisse videtur, quod tamen reperiri non potuit' LEUTNER hist. mon. Wessof. 1753 p. 190; inde FR. RID Westenrieders Beitr. 4 (1792) p. 52 addita varia lectione Oberndorfi qui vidit. Inde HEFNER R.B.[3] n. 354. 'war anno 1792 . . . noch an der südlichen Seite der St. Lorenzkapelle in die Mauer eingemacht. Seit dieser Zeit ist er aber durch . . . von Oberndorf nach München gebracht worden' STICHANER Intell.-Bl. des Illerkreises 1814 p. 771 nec tamen ibi usquam comparuit (cf. ad n. 89). cf. RAISER Beitr. 1829 p. 29, Ober-Donau-Kr. I p. 85 not. 129.

CIL. III 5778; periit.

TICLTI
VEHE
RIBMIL
GEM
SA
GISEDA

sequor Leutnerum, ex cuius descriptione apparet dextram tituli partem deesse. v. 6 dedit ISFDA v. Oberndorf.

accipe sic fere: *Ti(berius) Cl(audius) Ti(berii) ⟨fil(ius)⟩ Vehe . . . (Vehe⟨mens⟩ ?) ⟨t⟩rib(unus) mil(itum) ⟨leg(ionis X vel XIII vel XIV⟩ gem⟨inae⟩ S(everianae) A(lexandrianae) . . . . .* de v. 6 ut coniecturam non taceam, si titulus fuit sepulcralis (quod non omnino certum mihi videtur), potest fuisse: *Cl(audia) Seda⟨tina coniugi⟩* vel similiter.

---

89. Epfach. tabula calcaria (110×73 cm), reperta in sacello S. Laurentii a laeva parte supra introitum; cf. WESTENRIEDER Beitr. 4 (1792) p. 53; STICHANER Intell.-Bl. d. Iller-Kr. 1814 p. 771; RAISER Ober-Donau-Kr. I p. 86; HEFNER Oberb. Arch. 6 p. 196, R.B.[3] n. 190; illata in antiquarium Monacense, deinde in mus. nat.; v. catal. IV n. 755; male legerunt priores ante Hefnerum.

CIL. III 5779 cont. Mommsen, recognovi; v. tab. 13.

D M
PER E T SE
SECVNDINI O
SEROTINOSECVN
DIORDINISQVI
XITANLXXXXI
DIESXV

v. 2 omisit Mommsen, neque omnino certae sunt litterae ET. v. 3 in fine potest fuisse S sola. 7 in fine I certum, V legit Mommsen.

accipe: *D(is) M(anibus) et perpe(tuae) se(curitati): Secundinio Serotino secundi ordinis, q(ui) vixit an(nos) LXXXXI dies XV.*

quid sibi velit *secundi ordinis* non satis constat; Mommsen (ind. p. 1183) de honoratis et principalibus municipiorum et collegiorum cogitat, ut tamen dubitet; Hirschfeld (ind. p. 2506) inter munera militaria refert, cui interpretationi longa vita non admodum favet.

---

90. Epfach. e colle S. Laurentii (v. ad n. 84) illata in mus. Augustanum (C 14): v. JAHRESBER. Ober-Donau-Kr. 1 (1835) p. 6; HEFNER R.B.[3] n. 184; MEZGER catal. p. 43; tabula tophacea (48×110 cm) in tres partes dirupta, nunc muro immissa; partis superioris angulus laevus novellus est, litterae partim male pictae.

CIL. III 5780 (cf. 11887) contulerunt Mommsen et Hirschfeld; recognovi; v. tab. 14.



accipe: ⟨*D(is)*⟩ *M(anibus)* | ⟨*et perpet*⟩*uae securi(tati)* | ⟨*P. Ceionio*⟩ *Sergia* (*tribui*) *Laeliano*, | ⟨*dec*⟩*urioni municipi, Publ*|*ia Ceionia Vindelica fil*⟨*i*⟩*a et heres patri, sicud testam*⟨*e*⟩*nto praiceperat, sestertis VI milibus faciendum curavit.*

v. 3 initio ⟨*tati*⟩ ante nomen spatium excederet. male distinxit lapicida et debuit *Sergia*; neque enim habeo unde comprobem lectionem talem: *Ser(gia) (domo) Cial* . . . . 5 FILA et 7 PRAI pro PRAE item lapicidae debentur.

cui tribus addita erat, vix carebat praenomine, ergo *P.* addidi supplemento Mommseni.

pensitandum num omnino Augusta, nam id est municipium, in tribu fuerit Sergia; cf. Kubitschek imp. Rom. tributim discr. p. 223.

91. Epfach. tabula tophacea, cuius nunc non extat nisi fragmentum triquetrum angulum dextrum inferiorem continens, reperta in muro collis Laurentii (v. ad n. 84), illata museo Augustano (A 19): JAHRESBER. hist. Ver. Oberdonaukreis 1 (1835) p. 12; HEFNER Oberb. Arch. 7 p. 384, R. B.[3] n. 330; MEZGER catal. p. 12.

CIL. III 5781; cont. Mommsen, recognovi; v. tab. 14.



initium si recte explevi, nominatus erat Traianus a. 114: *tr(ibunicia) p(otestate) XVIII, imp(erator) VII, cos(ul) VI, p(ater) p(atriae)*. v. 4 est S vel B, non O, ut legit Mommsen; dubito an secutum sit *Reti*⟨*ae*⟩, potius *reti*⟨*ne*|*ri*⟩. 5 cautius intelleges non ⟨*ob*⟩*sequia* vel ⟨*ex*⟩*sequia* sed ⟨*es*⟩*se quia* vel simile. potest fragmentum esse epistolae imperatoriae *publice* lapidi incisae.

92. Epfach. tabula tophacea magna (fere 160×85 cm), cuius pars superior continet in duplici aedicula protomas duas, mulieris et viri ut videtur, reperta in colle Laurentii (v. ad n. 84), illata museo Augustano (C 23), ubi extat parte inferiore male restituta. v. WAGLER Inland 1830 n. 221 et n. 295; BOXLER Epfach (1831) p. 40; Oberb. Arch. 1 p. 132; Baier. Ann. 1833 p. 1021; JAHRESBER. hist. Ver. Ober-Donau-Kreis 1 (1835) p. 7; HEFNER R. B.[3] n. 288; MEZGER catal. p. 49.

CIL. III 5782 contulit Mommsen, recognovi; v. tab. 14.



in v. 3 legerunt RIA Boxler, VSARIA litteris dimidiatis Jahresber. 5 initio LXIV Jahresber., XLV Mommsen dubitanter, explevi ⟨*X*⟩*XIV*.

accipe: *Horus Optati fil(ius), Sequan(us), an(norum) L* vel *L*⟨*V*⟩, ⟨*Satr*?⟩*ia Daphnis* ⟨*u*⟩*xor, ann(orum)* ⟨*X*⟩*XIV, h(ic) s(ita) e(st)*. formula in fine neglegentius ut alibi pro *hic siti sunt.*

93. Epfach. tabula tophacea (fere 54×52 cm), reperta in colle Laurentii (v. ad n. 84), illata museo Augustano (C 21): WAGLER Inland 1830 n. 221; BOXLER Epfach (1831) p. 38; Baier. Ann. 1833 p. 1021; JAHRESBER. hist. Ver. Ober-Donau-Kreis 1 (1835) p. 8; HEFNER R. B.[3] n. 241; MEZGER catal. p. 47.

CIL. III 5783 cont. Mommsen, recognovi; v. tab. 14.



Fl(aviae) Clementis filiae Aterissae.

94. Epfach. fragmentum ‘aus sehr porösem Duffsteine, der auf der Schriftseite mit einer Lage Gyps überzogen ist, in welche die Buchstaben, die roth ausgemalt sind, sich eingeschnitten finden’ . . . ‘BOXLER . . . fand dasselbe bei den Ausgrabungen des Lorenzberges bei Epfach. Im J. 1842 überließ er es . . . dem hist. Vereine, der es dem Antiquarium abtrat. Die Höhe ist 9″, die Breite 1′ 10″’ HEFNER Oberb. Arch. 6 (1845) p. 197 cum tabula (1 n. 10), R. B.[3] n. 361. in antiquario descripsit Mommsen;

in mus. nat. illatum esse meminit OHLENSCHLAGER, nec tamen ibi adesse videtur.

CIL. III 5784; descr. Mommsen; periit.



94A. prope **Erling.** ‘ein römisches Bauwerk [villa rustica] . . . bei Erling am Ostufer des Ammersees, woselbst . . . auch eine Ziegelsteinplatte mit einer römischen Cursivinschrift ‘Aureolus‘ aufgefunden wurde’ S. SCHAB Beitr. z. Anthrop. 1 (1876) 81. ‘am Klasberg zwischen Erling und Machtelfing’ INVENTAR; cf. JAHRESBER. des hist. Ver. Oberb. 34/35 (1871–2). — tegula (35×35 cm) servatur in museo soc. hist. Bav. sup. sub n. 742.

CIL. III p. 964 n. 21 descr. Brunn et Mommsen: recognovi: v. tab. app. litterae cursivae scariphatae: AVRIOLVS

Brunn sibi legere visus est CIRIONIS, Mommsen CHIRTOALIS.

94B. prope **Kerschlach.** fibula argentea, longa 8 cm, reperta ‘zwischen Kerschlach und Traubing’ INVENTAR. collectionis Schab n. 3, edita a S. SCHAB Beitr. z. Anthrop. 1 (1876) p. 81 s., servatur Monaci in museo soc. hist. Bav. sup. sub n. 820. litterae artificiose insculptae modo q. d. ‘Niello’ expletae sunt.

CIL. III 12030[3] descr. Christ; recognovi; v. tab. app.

DVKCITIV et ab altera parte S

Dulcitius igitur aliquando fibulam possidebat.

Miliarium repertum prope Weilheim v. n. 475.

94C. anno 1816 in silva prope Baierbrunn invenit ‘Trümmer eines künstlich gearbeiteten Sarkophages’ et delineavit W. NEY Beyträge zur Kenntniss d. röm. Alterthums in Baiern, München 1824 p. 31 nota cum tab. 1 fig. 3. quoad ex delineatione mala conicere licet, potest fuisse ara Romana, litterae non servatae nisi



Mommsen, qui repetit CIL. III 5977 putat in loco subesse errorem Neyii, cum in his partibus tituli Romani non inveniantur; ego potius arbitror Neyium tum adolescentem neque postea antiquarum rerum peritum monumentum invenisse novellum, non Romanum.

94D. Langerringen (inter Kaufbeuren et Augsburg). crux aurea, rep. a. 1875 ‘auf einem Lehmgrunde bei Langerringen’ in sepulcro Alemanico cum variis aliis ornamentis aureis et argenteis: ed. GROSSHAUSER Zeitschr. d. hist. V. f. Schwaben und Neub. 3 (1876) p. 120 (inde Corr.-Bl. d. Gesamtver. 1877 p. 31). cf. L. Lindenschmit, d. Röm. Germ. Central-Museum (Mainz 1889) tab. VI 7. servatur Augustae in museo: laminae duae, altera 60×17, altera 45×17 mm; in iunctura circulus eminens (diam. 20 mm) cum imagine imperatoris ex nummo expressa, quam ambit inscriptio.

CIL. 12030, 1 ex Grosshausero; recognovi; v. tab. app.

D N FOAC PERP AVG sic

lege: *d(ominus) n(oster) Foca perp(etuus) Aug(ustus)* a. 602–610.

95. Augsburg. ‘in hortis M. Velseri’ WELSER autogr. ad p. 211; ‘nuper erutum visiturque in hortis Marci Velseri’ ap. Gruter. 1069, 9 et in suppl. amoen. lit. 5, 124. inde inter deperdita RAISER 1820 p. 30, ODKr. III p. 72; HEFNER R.B.[3] n. 115.

CIL. III 5785 ex Velsero; periit.

*her*CVLI · STATVAM
CVM · BASE · AVRELIVS
MVCIANVS · V · P · P · P · R
PRO · SALVTE · SVA · SVO
RVMQVE · OMNIVM
*po*SVIT · CVRANTE
. . . GERONTIO . . .
. . . . . .

1 *her*CVLI sic Welser autogr., HERCVLI Grut. 3 ‘litteram quae nos proxime fugiebat deprehendimus P esse et tertium illius inscriptionis versum sic legendum: MVCIANVSVPPPR’ WELSER epist. ad Gruterum 4. mai 1602 (cod. Lugd. Pap. 6 f. 15). 6 *po*SVIT Welser autogr., POSVIT Grut.

lege: *⟨Her⟩culi statuam cum base Aurelius Mucianus, v(ir) p(erfectissimus), p(raeses) p(rovinciae) R(aetiae), pro salute sua suorumque omnium ⟨po⟩suit curante . . . Gerontio . . . . .*

96. Augsburg. ‘In templo S. Vdalrici inuentum anno 1606 saxum quadratum praegrande pulcherrimis litteris sculptum’ WELSER autogr.

ad p. 205; cf. suppl. apud Schelhorn amoen. litt. 5, 120; Pococke p. 78, 3; ‘unter demselben Bogen (cf. ad n. 163) rechter Hand’ Gercken Reisen 1, 267; Raiser 1820 p. 20, 1823 p. 65; ODKr. III, 68; Hefner R. B.³ n. 1; extat in museo (B 2): Mezger catal. p. 15; Ohlenschlager R. Ü. p. 255 et 269. — totum 85×111 cm, litterarum spatium est 64×92 cm; marmor album.

CIL. III 5786 cont. Mommsen; v. tab. 15.

I · O · M
M · TR · SECCO

lege: *I(ovi) o(ptimo) m(aximo) M. Tr(ebius, -ebonius?) Secco.* nunquam plenior fuit titulus.

---

97. Augsburg. ‘in hortis qui e regione sunt collegii societatis Iesu, ibidem anno Christi 1550 effossa’ Welser 1594 p. 212; cf. 1590 fol. 13; Gruter. 3, 7. ‘in domo Herrich Hernsoth in ara ibidem reperta’ Pighivs cod. mus. Berolin. fol. 19. ‘gegenwärtige Stelle . . . unbekannt’ Raiser 1820 p. 21; ODKr. III p. 69; Hefner R. B.³ n. 39; Ohlenschlager R. Ü. p. 268, 9.

CIL. III 5787 ex Velsero; periit.

i. o. m. et
*c*ETERIS·DIIS
D.EABVSQVE
OMNIBVS·
ADIVTORIVS
ROMANVS·D·M
V · S · L · L · M

v. 1 iomet supplevit Raiser, simile iam proposuit Welser. 2 liberis·diis male Welser 1590. 5 om. Pigh. 5 *d(ecurio) m(unicipii)* iam Welser interpretatus est.

lege: *⟨I(ovi) o(ptimo) m(aximo) et c⟩eteris diis deabusque omnibus Adiutorius Romanus d(ecurio) m(unicipii) v(otum) s(olvit) l(aetus) l(ubens) m(erito).*

---

98. Augsburg. ‘in hortis qui è regione collegii soc. Iesu’ Welser 1594 p. 205 (cf. 1590 fol. 13ᵛ), inde Gruter 4, 5. ‘Dieser Garten oder die jetzige Stelle dieses Gelübdesteins wurde . . . zur Zeit noch nicht wieder ausfindig gemacht’ Raiser 1820 p. 21, ODKr. III p. 68; Hefner R. B.³ n. 36.

CIL. III 5788 ex Velsero; periit.

Welser 1590		Welser 1594 cum supplementis
O M		*i* · O · M
E R N O	uno versu	*a e t* E R N O
S E R V A T O R		*con*SERVATORI
. . . . .		*ceterisque*
D E A B V S Q V E	uno versu	*dis*DEABVSQVE
I V S R O C I		*h u i* VS · LOCI
. . . . .	uno versu	. . . . .
. . . . .		. . . P · P · RETIE
. . . C · CVM · SVIS		*vot* O · CVM · SVIS
. . N I B V S	uno versu	*om*NIBVS
IN · NONAS		*susc.* III · NONAS
		. . . . . *d. d*

Velseri supplementa partim falsa sunt, velut in v. 6 supplendum erit *et genio huius loci*; v. 8 Velserus ipse interpretatus est *praeses provinciae Retie*, sed lectio etie certo corrupta est; notandum quod editio 1590 versus vacuos 7 et 8 in unum coniungit.

2 eterno Grut.

---

99. Augsburg. ‘in aedibus privatis’ Welser autogr. ad p. 205.

CIL. III 5788ᵃ; periit.

I · O · M
. . . . SI . . . .
. . . . . .
VE . . . I . . . . .
. . . . . .

---

100. Augsburg. ‘In suburbio diue Virginis domui Leonardi Rochlinger affixum’ Peutinger autogr. et similiter ed. 1505 fol. 5. ‘In aedibus suburbanis Ioannis Paungartner’ Velseria cod. 4018 p. 5 et Peut. 1520 fol. 11. ‘Extra portam divae Mariae in der unser frau port’ Accvrsivs ms. — ex Peutingero: Choler fol. 16ᵛ; Apian. 430, 2; Velser 1590 fol. 10 et 1594 p. 211; Pighius cod. musei fol. 11; Gruter 56, 8; ‘Das Haus, in welchem sich derselbe gegenwärtig befindet, ist zur Zeit noch unbekannt’ Raiser 1820 p. 23, ODKr. III p. 70; Hefner R. B.³ n. 82.

CIL. III 5789 ex prioribus; periit.

M A R T I
CRISPVS · RAE
CI · FIL · V · S · L · M

in versuum discriptione exempla conveniunt.

lege: *Marti Crispus Raeci fil(ius) v(otum) s(olvit) l(ubens) m(erito).*

101. Augsburg. ‘do man zelt 1551 Iar am freytag den 11 tag des christmonats, do het alhie zuo Augspurg hanns Wayygel genannt Webr(?) auf dem Kreutz(?) ain grab in seinem garten im winckel gegen der sidelerin graben lassen . . . do hat man am graben ain Stain gefunden’ (seq. titulus) Limprecht Kröll adnotavit in libro olim suo ‘Newe zeytung von etlichen wunderzeychen . . . 1543’ post Palatino (Heidelberg), hodie Vaticano (v. Stevenson, inventario dei libri stampati Palatino-Vaticani vol. II 2 p. 345 n. 3196, qui haec exscripsit Zangemeistero). — ‘in aedibus Peutingerorum’ Welser 1594 p. 211 (cf. 1590 fol. 13^{v}), inde Gruter 55, 10; Pighius cod. musei fol. 10; Pococke p. 78 n. 6; Gercken 1, 277; Raiser 1820 p. 24 et ODKr. III 70; ‘jetzt im Antiquarium’ 1833 p. 3; Jahresber. hist. Ver. ODKr. 1839–40 p. 102; Hefner R. B.^{3} n. 84; Orelli 2397; nunc in museo (B 17): Mezger catal. p. 23. — lapis calcareus, cuius pars servata alta est fere 96 cm, superficies tituli est fere 50×43 cm.

CIL. 5790 cf. 11888^{a}; cont. Mommsen, recognovi; v. tab. 15.

IN H D D
DEO MARTI
ET · VICTORIÆ
CONTVBERNI
5 VZI · MARTICV
LTORVM · POSV
ERVNT · VS
L · L · M

accipe: *In h(onorem) d(omus) d(ivinae): deo Marti et Victoriae contubernium Marticultorum posuerunt; v(otum) s(olverunt) l(aeti) l(ubentes) m(erito).*

v. 5 post MARTI non punctum est in lapide.

102. Augsburg. ‘ad clivum cui a foro nomen’ Welser 1594 p. 210 (cf. 1590 fol. 16^{v}). ‘Dieser Stein konnte weder am Perlachberge noch auf dem benachbarten Fischmarkte noch an der St. Peterskirche oder an dem Perlachthurm selbst wieder gefunden werden. Er könnte aber auch durch eine der daselbst angebauten Marktbuden verdeckt seyn’ Raiser 1820 p. 27, ODKr. III p. 70; Hefner R. B.^{3} n. 40.

CIL. III 5791 ex Velsero; periit.

MERCVRIO
. . . . . .
. . . . . .

‘neque ullae praeterea agnosci possunt litterae’ adicit Welser.

103. Gersthofen prope **Augsburg.** ara calcarea (89×52×48 cm; titulus 46×33 cm), reperta die 2 Iuni 1854 cum ecclesia nova aedificaretur ‘in den alten Kirchenfundamenten’, illata in museum (B 11). simul repertum est ipsum *signum* Mercuri (B 12 v. tab. 15), cuius crumenae insidet puer alatus. cf. Neue Münchener Zeitung 1854 n. 136 p. 1441; Mezger Jahresber. f. Schwaben u. Neub. 1855–56 p. 3 et catal. p. 20.

CIL. 5792; cont. Mommsen, recognovi; v. tab. 15.

MERCVRIO
EX VOTO
P · AEL · SENNO
QVI · AEDEM
5 ET · SIGNVM
S · L · L · M ·

accipe: *Mercurio ex voto P. Ael(ius) Senno, qui aedem et signum s(olvit) l(aetus) l(ubens) m(erito).*

104. Augsburg. ‘in ortis Ioannis Remi Augustae inventum’ Velseria cod. 4018 p. 4 ‘servatur . . . apud me’ Peutinger 1505 fol. 4^{v} (inde Hartmann Schedel cod. Mon. lat. 716 fol. 64^{v}) et 1520 fol. 5^{v}; inde Apian. 423, 1; Herold, Rhetia A 4; Welser 1590 fol. 5^{v} alii. Accvrsivs ms.; Pigh. cod. Berol. fol. 205, cod. musei fol. 7; Welser 1594 p. 208 (inde Gruter 51, 1); Pococke p. 78 n. 5; Gercken 1 p. 276; Raiser 1820 p. 26 et ODKr. III 71 (inde Orelli 1399). ‘jetzt im Antiquarium’ 1833 p. 3; Hefner R. B.^{3} n. 47; nunc in museo (B 7): Mezger catal. p. 17. — ara calcarea (118×56×32 cm; titulus 55×42 cm), cum qua male aliqui (etiam Raiser) signum Mercurii, quod in aedibus Peutingerorum adservabatur (v. imaginem apud Ohlenschlager R. Ü. p. 257), coniungebant, nam illud ad aedem Udalrici et Afrae inventum est; peius etiam alii ad Lauingam vel Viennam Allobrogum rettulerunt.

CIL. III 5793 (cf. p. 1853) cont. Mommsen et Hirschfeld; recognovi; v. tab. 15.

MERCVRIO
CVIVS SEDES · AEP
SVNT
APIVS · CL · LATERANS
5 XV · VIR · SACR · FAC
COS · DESIGN
LEG · AVG PR · PR
LEG · III · ITAL
V · S · L · M

in fine v. 2 hodie non cernitur nisi AEP, sed sequitur statim fractura lapidis; legerunt ATERGO

Peutinger, diligentius AERGO Welser Gercken; lapis intra marginem admittit solum ©, sed potest O marginem excessisse.

accipe: *Mercurio, cuius sedes a ter⟨go⟩ sunt, Appius Cl(audius) Lateranus, XV vir sacr(is) fac(iendis), cos(ul) design(atus), leg(atus) Aug(usti) pr(o) pr(aetore) leg(ionis) III Ital(icae), v(otum) s(olvit) l(ubens) m(erito).* ara igitur sic posita erat ut qui intuebatur, sacellum Mercurii a tergo haberet.

---

105. Augsburg. ʿAugustae a. 1533 repertum in foro urbis' APIAN. p. 435, 1, ʿprope S. Stephanum' idem p. 428, 2 (inde Welser 1590 fol. 12). ʿen Augusta junto a la plaça' Valent. GVIMERANI cod. Valent. fol. 24. ʿin fronte domus Holtzpach in Perlach erutum nuper prope S. Stephanum' ACCVRSIVS cod. Ambros. D 420 inf. ʿad aedes S. Stephani' HEROLD Rhetia B 5^{V}; ʿad forum pomorum' PIGH cod. musei fol. 7 (inde Smetius 25, 9); ʿprope forum et curiam' WELSER 1594 p. 210; ʿam Markte und am Eingange vom Ludwigsplatz zum alten Heumarkt in dem Anbaue zum Hause Lit. D Nro 273' RAISER 1820 p. 27; a domus possessore Straulino a. 1821 antiquario tradita: idem 1823 p. 63 et ODKr. III p. 71; Hefner R. B.^{3} n. 43; nunc in museo (B 8): MEZGER catal. p. 18. — tabula tophacea (30,5×46 cm) litteris pulcris.

CIL. III 5794 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 15.

·MERCVRIO·
·AVG·SACRVM·
·M·BASSINIVS·
·VITALIS·
·V·S·L·M·

Mercurio Aug(usto) sacrum M. Bassinius Vitalis v(otum) s(olvit) l(ubens) m(erito).

---

106. Augsburg. ʿin aedibus rever. d. Marquardi a Lapide praepositi Bambergen. et August.' PEUTINGER 1520 fol. 10^{V} (inde Apian. 420, 2; Velser 1590 fol. 9^{V}). ʿin pariete domus Matthaei Langmantel' ACCVRSIVS ms. ʿad forum pomorum' PIGH cod. mus. fol. 18 (inde Smetius 32, 17 a Pighio); ʿin aedibus canonici cuiusdam' WELSER 1594 p. 213 (inde Gruter 97, 12). ʿDas vorige Dompropsteigebäude ist das jetzige Privathaus Lit. D Nr. 57 am Frauenthore. Bis jetzt konnte dieser Votivstein in diesem seit 200 Jahren öfter im Bau veränderten Gebäude aber noch nicht wieder aufgefunden werden' RAISER 1820 p. 31, ODKr. III p. 72; HEFNER R. B.^{3} n. 95.

CIL. III 5795 ex prioribus; periit.

p ARCI *s*
SACR
~ C ~
COSSINIVS
PRIMVS
V·S·P
L·L·M
⌀ / ⌀

1 sic Velser ex coniectura, ARCI Pigh. Acc., ARC Peut. 3 sic Acc., INCINI Peut., C/// Pigh. Vels. 4 sic Acc., COSSINV Peut., COSSITIVS Pigh. Vels. 6–8 om. Peut. Vels. 1590; ornamenta in fine dat Acc.

lege: *⟨P⟩arci⟨s⟩ sacr(um) C. Cossinius Primus v(otum) s(olvit) p(ius) l(aetus) l(ubens) m(erito).*

---

107. Augsburg. ʿservatur apud me' PEUTINGER 1505 fol. 4^{V} (inde Hartmann Schedel cod. Mon. lat. 716 fol. 64^{V}). ʿin horto Chuonradi Peutinger extra muros urb. Augustae' 1520 fol. 8^{V}; cf. VELSERIA cod. 4018 fol. 5; APIAN. 427, 2; PIGH. cod. mus. fol. 34; WELSER 1590 fol. 9, 1594 p. 207; ACCVRSIVS ms. alii. ʿnoch im ehemaligen Peutinger'schen Hause . . . der Stein ist ein Dufstein aus der Gegend von Weilheim und der jetzigen Brüche von Wessobrunn und Polling' RAISER 1820 p. 22, ODKr. III p. 69; a. 1833 inde illatus est in antiquarium: RAISER 1833 p. 4; JAHRESBER. d. ODKr. 1839–40 p. 102; ORELLI 1472; HEFNER R. B.^{3} n. 91; nunc in museo (B 19): MEZGER cat. p. 26. — tabula tophacea 46×40 cm; tituli spatium 34×29 cm.

CIL. III 5796 cont. Mommsen, recognovi; v. tab. 15.

PLVTONI·ET·
PROSERPIN
AE·FLAVIA
VENERIA
BESSA·EX·
VISV·AEDEM
D·S·P·V·IS·L·M

lectio certa. 7 I ante S error est lapicidae, qui male orsus est L scalpere. addit Welser 1594 p. 207 ʿAra sine litteris, proximis annis in collegio societatis Jesu eruta. Eam in Plutonis et Proserpinae aede stetisse, libro V [p. 89] suspicati sumus' cum imagine p. 208.

lege: *Plutoni et Proserpinae Flavia Veneria Bessa ex visu aedem d(e) s(uo) p(osuit): v(otum) s(olvit) l(ubens) m(erito).*

108. Augsburg. ‘Augustae Vindelicorum a fundamentis chori S. Vdalrici repertum’ PEUTINGER cod. 4 fol. 76^{V}; cf. VELSERIA cod. 4018 p. 4^{V}; ‘In Diuorum Vdalrici et Afrę’ CHOLER ms. fol. 15^{V}; ‘in hiisdem aedibus Chuonradi Peutinger’ PEUTINGER 1520 fol. 6^{V} (inde Apian. 424, 2; Pigh. cod. mus. fol. 14; Welser 1590 fol. 7; Gruter 64, 6) ACCVRSIVS ms.; WELSER 1594 p. 207. ‘hanc inscriptionem in aedibus Franckianis olim Peutinger A. 1779 non inveni’ HALDER in Welseri ex. autogr. p. 207. ‘nicht mehr vorhanden’ RAISER 1820 p. 30, ODKr. III p. 72; HEFNER R.B.^{3} n. 113. — ob TREVER titulus etiam apparet apud antiquarios Belgicos: v. CIL. XIII *411.

CIL. III 5797 ex prioribus; periit.

IN·H·D·D·DEO·SILVANO
TEMPL·CVM·SIGNO·VE
TVSTATE·CONLABSVM
SEXT·ATTONIVS·PRIVATVS
CIVES·TREVER·IIIII·VIR
AVGVSTALIS·PECVNIA
SVA ø RESTITVIT

versus sic distinxit Peutingeri cod. et ed. 1520, non Velseria; v. 1 –CVM, v. 2 –SEXT, v. 3 –TREVER, v. 4 –PECVNIA, totum 5 versibus dat Choler. 2 TEM Chol. 5 TREVIR Peut. cod.

accipe: *In h(onorem) d(omus) d(ivinae) deo Silvano templ(um) cum signo vetustate conlabsum Sext(us) Attonius Privatus, cives Trever, sevir Augustalis, pecunia sua restituit.*

---

109. Augsburg. ‘In aedibus eiusdem (scil. Chuonradi Peutinger, praecedit n. 122) lapidis fracti fragmentum’ APIANVS 425, 2 (inde Welser 1590 fol. 12); ACCVRSIVS ms.; ‘in aedibus Peutingerorum’ WELSER 1594 p. 213 (inde Gruter 131, 5); POCOCKE p. 78, 7; periit: RAISER 1820 p. 99, ODKr. III p. 89, 4; HEFNER R.B.^{3} n. 321.

CIL. III 5798; periit.

Acc. Ap.	Pococke	Vels. 1594
VRIIS·CC	VRHSO	...VRI..SC..
RIVI	RIVI	...RIVI....
V·S·L·L·M	VS LLM	V·S·L·L·M

v. 1 alteram C dat Acc., om. Ap. Vels.

Trivis Quadrivis interpretabatur Mommsen; res incerta.

110. Augsburg. ‘Un piedestallo quadrato di marmo scopersi io un giorno, il quale serviva di sedile ad un fornajo vicino alla porta di Gegingen, su cui era scolpita un’ inscrizione votiva al Dio Voliano, certamente sconosciuta ... L’ ho fatto cercare dopoi ... ma non s’ è potuto mai più rinvenire’ (BIANCONI) lettere al marchese Filippo Hercolani 1763 p. 207 et p. 257 (versio germ. Leipzig 1764 p. 114 et 141) inde Donat. 53, 1; Orelli 2071; Raiser ODKr. III p. 73; Hefner Abh. d. K. Bayer. Ak. d. Wiss. IV 2 (1845) p. 146; R. B.^{3} n. 93.

CIL. III 5799 ex Bianconio; periit.

DEO·VOLIIIIANO
IVL· MARCIA
NVS·EX·VOTO
V·R·L·IIII·M

v. 1 VOLIANO ‘sic’ Bianc. 4 V·R·L·I·M Bianc., V·*s*·L·*l*·M Mommsen errore, nam ipse recte interpretatus est *votum reddidit* (cf. n. 434).

lege: *Deo Volkano Iul(ius) Marcianus ex voto: v(otum) r(eddidit) l(aetus) l(ubens) m(erito).*

---

111. Augsburg. ‘In aedibus Peutingerorum’ ACCVRSIVS ms. (inde male Murat. 1099, 1). ‘Augustae 1556’ PANVINIVS cod. Vat. 6035 fol. 144^{V}; WELSER 1590 fol. 14^{V} et 1594 p. 212 (inde Gruter. 129, 4) ‘si recte coniecturam à columnis utrimque striatis capio, ipsius hyperthyri pars’; frustra quaesivit a. 1779 HALDER, item RAISER 1820 p. 32. ‘das von dem Schullehrer Beck wieder aufgefundene Monument eines auf gerifften Columnen gelegenen Quersteins ... stand in der Jacober-Vorstadt auf dem Saumarkt aufrecht als Wehrstein vor einem Mezgershause Lit. G N. 128 und sah nur zur Hälfte aus der Erde hervor ... ließ ... ausheben und in das Antiquarium überbringen ... Durch Salpeter und Säuren hat der im Boden gesteckte Theil ... sehr gelitten.’ RAISER 1823 p. 62, cf. ODKr. III p. 69; HEFNER R.B.^{3} n. 81; nunc in museo (A 4) cf. MEZGER catal. p. 3, sed pessime lapis nunc habetur, cum calce novella plane abdita vel diffracta sint ornamenta lateralia, quae bene conspiciuntur apud Velserum et Raiserum ODKr. III tab. X. — inscriptio ab initio plena (spatium 34×35 cm vacat) media et in fine laesa est, ut exemplis prioribus, nec tamen incaute, utendum sit; lapis calcareus altus est 34, latus 130 cm; litterae evanidae male suco restitutae.

CIL. III 5800; cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 16.

MVNICIPI·AEL·AVG·NEGOTIATOR
VESTIARIAEET LINTIARIAE·AEDEM
CVMSVISORNAMENTIS·SIBI·ET·P·PAT
C·ANTONIOAELIANIO·EQVITIROMANO
DECVRION MVNICIPIAELAV///IO

litteris punctim scriptis dedi litteras visas adhuc Accursio Panvinio Velsero, quorum aetate media pars lapidis integra fuisse videtur et potest. v. 2 LINETANAE Panv., LINTEARIAE Acc., om. Welser; spatium esse septem fere litterarum capax Mommsenus adnotat; mihi visum est expleri 4 vel 5 litteris; PATAGIARIAE coni. Mezger. 3 fin. P·PAT habent iam Panv. Acc., om. Welser. v. 5 omnem om. Acc., in fine FILIO dat solus Panv., ///IO Welser. ego hoc in loco fidem non habeo Panvinio, nam incredibilis fit interpretatio accepta lectione FILIO. Mommsen ‘quamvis dubitans’ accipit sic: *municipi Ael(ii) Aug(usti) negotiator(es) (artis) vestiariae et lintiariae aedem cum suis ornamentis sibi et P(ublio) pat(ri) C. Antonio Aeliano equiti Romano decurioni municipi Ael(ii) Aug(usti) filio* ut negotiatores ‘tam pro se quam pro C. Antonio Aeliano et Publio patre eiusdem’ aedem dedicaverint. qualia miror Mommseno in mentem venire potuisse: nimirum syntaxis illa intricata non pendet nisi ab interpretatione notarum P·PAT et a supplemento FILIO: utrumque si ad talem interpretationem pellicit, potius falsum est. ego cogitavi de *p(atri) pat(rono)* vel *P. Pat(ernio)* et in fine *⟨meri⟩to.*

112. Augsburg. ‘Einige Bronzefragmente, die in einem Grabe bei Augsburg gefunden sein sollen, dazu ein Täfelchen mit Henkel und punctirter Inschrift’ v. ARETIN Sitz.-Ber. d. Münch. Altertumsvereins 1 (1866–7) p. 3. ‘Bronzetäfelchen zum Anhängen, oblong (2,3×12,5 cm), mit Oese an einer Schmalseite’ KATAL. d. Nat.-Mus. München IV p. 190 n. 1499. litteris punctim scriptis.

CIL. III 5801 legit Brunn; recognovi; v. tab. 16.

in altera parte

HELVIVS·MODESTINVS·
CONSA· CORRODV

in altera

D O N V M
D E D I T

recte interpretatus est Mommsen: *Helvius Modestinus consa(cravit)*, *Corrodu* (scil. coniunx) *donum dedit.*

113. Augsburg. ‘Augustae saxum quadrilaterum effossum fine octobris 1607 translatumque in hortos M. Velseri’ cum imagine WELSER in schedis Gruterianis cod. Lugd. Pap. 6 fol. 95; ‘in hortis M. Velseri’ idem autogr. ad p. 211; ‘in aedibus Peutingeranis in hortuli area’ GVDIVS ms. bibl. Hanov.; similiter BECK monumenta Iudaica 1686 p. 47; BRVKER (ex Velsero et Beckio) ap. Schelhorn amoen. litt. 5 (1726) p. 121. ‘in hortis Leichtmeisterianis’ POCOCKE p. 119; ‘rückwärts im Hofe des ehemaligen Peutinger'schen Hauses als Grundstein des linken Einfahrtthores zur Wagenremise auf der Erde’ RAISER 1820 p. 28, ODKr. III p. 71. donata antiquario: idem 1833 p. 2; Orelli 1420; Hefner R. B.[3] n. 86; nunc in museo (B 18): MEZGER catal. p. 24; OHLENSCHLAGER R. Ü. p. 269. — ara calcarea magna (fere 100×62×57 cm), in lateribus anaglypha: in sinistro vir inter caprum et gallinam dextra crumenam, sinistra virgam tenens (Mercurius); in dextro: vir nudus cum clipeo et hasta (Mars); in postica: mulier cum palma et corona (Victoria).

CIL. III 5802 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 16.

a EL·MONT
HAEDER·PRO
SALVTE·SVA·ET·P
HISP·CANAVIL
5 FILI·ET·AEL·MON
FESTINAE·CON
IVGIS·V·S·L·L·M·
D·D·D·VII·KAL
SEPT·GETA·IIE p. Chr. 203
10 PLAVTIANO
IICOS

v. 1 A primam dant priores, etiam Beck, non Pococke. v. 9. 10 consulum nomina erasa tamen leguntur.

accipe: ..... *(deo) Ael(ius) Mont⟨an(ius)⟩ Phaeder pro salute sua et P. Hisp(anii?) Canavili fili et Ael(iae) Mon⟨t(aniae)⟩ Festinae coniugis v(otum) s(olvit) l(aetus) l(ubens) m(erito).* (ara) *d(ata) d(e)d(icata) VII kal(endas) Sept(embres) Geta iterum et Plautiano iterum cos(ulibus).*

114. Augsburg. ‘in horto e regione collegii soc. Jesu’ WELSER 1594 p. 214; inde Gruter 131, 6; Raiser 1820 p. 99; Hefner R. B.[3] n. 320.

CIL. III 5803 ex editis; periit.

. . . . . .
. . VS · OPTIO . .
. . RAETERI . .
V · S · L · M

v. 2 PRAETORI coni. Mommsen.

115. Augsburg. rep. ‘als Wehrstein eines Hauses in der Nähe von S. Georg’ MEZGER Jahresber. d. hist. Kreis-Vereins im R.-B. von Schwaben und Neuburg 1861/2 p. 67; cf. Eph. epigr. II n. 997. — arae marmoreae pars inferior a dextra (53×36 cm), nunc in museo.

CIL. III 5804 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 17.

s E C C o
et VALERIA
a GATHE · V ·
s · L · L · M ·

in v. 1 s dimidiata adesse visa est Ohlenschlagero, ego non vidi.

lege: . . . . . (*deo*) . . . . . ⟨*S*⟩*ecc*⟨*o et*⟩ *Valeria* ⟨*A*⟩*gathe v*(*otum*) ⟨*s*(*olverunt*)⟩ *l*(*aeti*) *l*(*ubentes*) *m*(*erito*).

116. Augsburg. in domo Peutingeri WELSER in suppl. ap. Schelhorn amoen. litt. 5, 129 (Bruker, misc. hist. 593); inde Raiser 1820 p. 100 et ODKr. III p. 89; Hefner R. B.[3] n. 326.

CIL. III 5805 ex editis; periit.

C
EX
L · L

117. Augsburg. ‘ad D. Vdalrici’ WELSER 1594 p. 232 (cf. 1590 fol. 14); inde Gruter 192; ‘in monasterio S. Vlrici’ POCOCKE p. 78, 1; ‘An der Mauer in dem Stiftsgebäude, so nach dem Garten geht’ GERCKEN 1, 267; ‘links im Eingange in die Cavaleriekaserne . . . eingemauert’ RAISER 1820 p. 43, 1823 p. 61 tab. A cum suppl.; ‘wurde 1821 in das Antiquarium in Augsburg transportiert’ ODKr. III p. 76; Hefner R. B.[3] n. 332; nunc in museo parieti immissa: MEZGER catal. p. 8. — lapis altus fere 35, latus fere 115 cm; litterae grandes et bonae.

CIL. III 5806 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 17.

Φ · ET · BASSO · CΦ

⟨*Gentian*⟩*o et Basso co*⟨*s*(*ulibus*)⟩ a. 211 recte iam Welser intellexit, qui (1594 p. 138) addit ‘ex Zophoro aedificij alicuius publici, si recte aestimamus’.

118. Augsburg. ‘in privatâ domo’ WELSER 1594 p. 328; cf. 1590 fol. 16[v]; inde Reines. synt. 3, 18; ‘wohin dieses merkwürdige genealogische Denkmal gekommen sei, ist unbekannt’ RAISER 1820 p. 44, ODKr. III p. 76; Hefner R. B.[3] n. 125.

CIL. III 5807 ex Velsero; periit.

M A T I D *i a e*
DIVAE · MATI*diae*
*a*VG · FIL · DI*uae*
M A R C I A N A *e aug*
ne PTI · DIVI *tra*
i a NI · ABNE *pti*
DIVAE · SAB *inae*
aug · SO *rori*

supplementa Velseri aliquatenus correxit Mommsen, qui titulum diligentius tractavit a. 1863; v. Ges. Schriften I p. 425 s.; v. etiam Dessau ad inscr. sel. 327.

lege: *Matid*⟨*iae*⟩, *divae Mati*⟨*diae A*⟩*ug*(*ustae*) *fil*(*iae*), *di*⟨*vae*⟩ *Marciana*⟨*e Aug*(*ustae*) *ne*⟩*pti, divi* ⟨*Traia*⟩*ni abne*⟨*pti*⟩, *divae Sab*⟨*inae Aug*(*ustae*)⟩ *so*⟨*rori* . . . . . .

119. Augsburg. ‘in turre S. Crucis quâ ecclesiam spectat’ WELSER 1594 p. 232 (inde Gruter 270, 4); falso ‘jetzt vernichtet’ RAISER 1820 p. 42 et ODKr. III p. 75; rectius ‘im dunkeln Innern des Thurmes’ Jahresber. d. ODKr. 1837 p. 1; HEFNER R. B.[3] n. 327; MEZGER catal. p. 82; extat adhuc in limine portae interioris in turri: lapis calcareus 98×32 cm.

CIL. III 5808 descr. Mommsen; recognovi; v. tab. 17.

S E P T
ARAB · ADI
ARCI · ANTΦ
TICI · NE
EPOTI · Φ
OTI · DIVI
Φ I · E T
DNEPOT
NINOPIOA
PROC

sic post Velserum explevit Mommsen:

⟨*Imperatori Caesari*
imp(*eratoris*) *Caes*(*aris*) *L.*⟩ *Sept*⟨*imi Severi Pii Pert*(*inacis*) *Aug*(*usti*)⟩ *Arab*(*ici*) *Adi*⟨*ab*(*enici*) *Parth*(*ici*) *max*(*imi*) *pont*(*ificis*) *max*(*imi*) *f*(*ilio*),

d(ivi) M〉arci Anto〈nini Germanici Sarma〉tici ne〈poti,
divi Antonini Pii pron〉epoti,
d〈ivi Hadriani abnep〉oti,
divi 〈Traiani Parthic〉i et 〈divi Nervae a〉dnepot〈i, M. Aur(elio) Anton〉ino Pio A〈ug. trib. pot.〉 proc〈osuli) – –

ergo Caracallae ante a. 211. ‘statuae basim mancam’ dixit Velser 1594 p. 138; res non certa.

---

120. Augsburg. ‘Intra urbem Augustam sub porta divae Virginis appellata’ Peutinger 1505 fol. 4, 1520 fol. 15 (inde Hartmann Schedel fol. 302, Apian. 431, 3); diligentius contulit Pacedianvs l. IV (fere a. 1517); Welser 1590 fol. 10^{v}; cum supplementis 1594 p. 231 (inde Gruter 114, 9). ‘noch unter dem Frauenthor am Eck rechts gegen die Windgasse’ Raiser 1820 p. 40, 1823 p. 61; ‘wurde . . . i. J. 1821 in das Antiquarium . . . überbracht’ ODKr. III p. 75; Hefner R. B.^{3} n. 329; nunc in museo, parieti immissa cum malis supplementis: Mezger catal. p. 6; diligentius tractavit Ohlenschlager R. Ü. p. 249. — fragmentum calcareum 63×61 cm.

CIL. III 5809 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 17.

INCOLV
III·IMP·V·COS
TOTIVSQV
BSOSRESTITV
VIII·SVRVS·

certa sunt supplementa haec: *〈pro salute et〉 incolu〈mitate . . . . trib. pot.〉 III imp. V cos(ulis) . . . . totiusqu〈e domus divinae . . . . vetustate conla〉bsos restitu〈it . . . . . i〉us Surus . . . .*

ad Septimium Severum, ergo ad a. 195 iam rettulit Welser, tum supplendum esset *cos(ulis) 〈II procos(ulis)〉*; idem coniecit Ohlenschlager et intellegi volt *M. Iuventium Surum Proculum* leg. Aug. pro praetore provinciae Norici (v. CIL. III p. 2461), quod cave certum putes; potest exempli gratia titulus referri etiam ad a. 237 et imp. Maximinum.

---

121. Augsburg. ‘Am 7. Nov. 1825 ist in Augsburg beym Abbruch des Barfüßer Thor-Thurms tief im Mauergrunde ein Devotions-Monument für den Kaiser Diocletian ausgegraben worden’ Raiser ODKr. I p. 24 not. 33. ‘Dieses sehr verwitterte Monument steht itzt . . . im Antiquarium’ ibid. III p. 75 not. 46 cum tab. E fig. 5; Jahresber. d. ODKr. 1839–40 p. 101 tab. 1 fig. 6; Hefner R. B.^{3} n. 129; nunc in museo (A 6) male atramento et calce oblitum, ut digitorum tactu veras a falsis discernere litteras oporteat: Mezger catal. p. 4; v. Dessau 618. — lapis est 105×72 cm.

CIL. III 5810 (cf. p. 1853) cont. Mommsen et Hirschfeld; recognovi; v. tab. 17.

PROVIDENTISSIMO
PRINCIPIRECTORI
ORBISACDOMINO
FVNDATORIPACIS
AETERNAE
DIOCLETIANOPI
INVICTOAVGPONT
MAXGERMAXPERS
MAXTRIBPOTVII a. 290
COSIIIIPATRIPAT
PROCOS SEPT
. . . . NTIOVPPPR
DNMQVEEIVSDE/m

quae litteris punctim scriptis dedi, legit Beischlag in usum Raiseri; hodie non iam discerni possunt. v. 6 in fine male legit Beischlag IMP idemque extat pictum in lapide; ego vidi PI. 12 *Valentio* iam Raiser supplevit; cf. CIL. VI 1125 = Dessau 619. 13 in fine male EIVSDD legit Beischlag; recte Hirschfeld.

accipe: *providentissimo principi, rectori orbis ac domino, fundatori pacis aeternae, Diocletiano p(io) f(elici), invicto Aug(usto), pont(ifici) max(imo), Ger(manico) max(imo), Pers(ico) max(imo), trib(unicia) pot(estate) VII, cos(uli) IIII, patri pat(riae), procos(uli), Sept(imius) 〈Vale〉ntio v(ir) p(erfectissimus), p(raeses) p(rovinciae) R(aetiae), d(evotus) n(umini) m(aiestati)que eiusde〈m〉.*

---

122. Augsburg. ‘in aedibus Chuonradi Peutinger’ Peutinger 1520 fol. 7 (inde Apian. 425, 1; Velser 1590 fol. 7^{v}); ‘ante aedes Peutingerorum’ Welser 1594 p. 217 (inde Gruter 497, 4); ad ianuam in pariete’ addit Accvrsivs ms. ‘nicht mehr vorhanden’ Raiser 1820 p. 70, ODKr. III p. 83; Hefner R. B.^{3} n. 341.

CIL. III 5811 ex prioribus; periit.

RIBVS
AE·VALERIANAE
CONSVLARES·HO/
ATINIAE·GEMINAE
PEREGRINIVS·BELLIC
HOMINIBVS·BONIS

v. 1. 2 sic dat Acc., om. Peut. Ap.; . . . RIBV . . . | . . . . . E . . . . . Vels. 1594. 5 BELLIC Acc., BELLI Peut., BELLICO*sus* Vels. 1594.

titulus vix intellegitur: nam si recte expletur v. 3 *consulares ho⟨nores adepto⟩* nomen *Valerianae* vix est mulieris, sed cogitandum de tribuno militum legionis alicuius . . . *ae Valerianae.* v. 5 est *Peregrinius Bellic⟨us⟩* vel *-⟨ianus⟩*.

---

123. Oberhausen proxime Augustam. ‘Dieses Monument ist im Jahre 1709 bey Grabung des Kellers des gegenwärtigen Karpfenwirthshauses (Hausnummer 202) zu Oberhausen, da wo das Hettebächchen in das Dorf fließt, 10 Augsburgische Schuh tief, an fünf Stücken, welche seit der Zeit seiner Zerstöhrung neben einander begraben lagen, ausgegraben und an der Strasse vor dem Hause Nro 165 wieder aufgerichtet worden. Dieses Grabmal von dem bekannten weißgrauen Marmor und in dem Postamente von Tufstein . . . hat in Vergleichung seiner Abbildung auf dem Bodenehrischen Kupfer (fere 1710) seit einem Jahrhundert sehr gelitten’ RAISER 1820 p. 53 cum tab. IV 1. ‘Es stand über ein Jahrhundert lang, und aus seinen Bestandtheilen . . . unrichtig zusammengesetzt, zu Oberhausen an der Dorfs-Straße unter freiem Himmel, dem Muthwillen der Jugend ausgesetzt. Im Jahre 1821 erhielt man dasselbe in das Antiquarium’ idem ODKr. III p. 80 not. 62. MVRATORIO app. 5, 2 misit J. G. Richter; ORELLI 3131; HEFNER R.B.^{3} n. 169; nunc in museo (C 5): MEZGER catal. p. 36. — — cubi duo ex calce cum base tophacea et tecto ornato; in inferiore per spatium fere 80×80 cm legitur titulus; in superiore cernuntur anaglypha pulcra: in antica stant pater mater duo filii, in latere sinistro quattuor homines faciunt sacrificium ad aram, in dextro adstat mulier corbem portans; in basi gruma et asciae; in tecto tegulis ornato vas cum columbis, ad dextram corbis et fructus, ad sinistram uva, quam gestant infans et lepus. altitudo totius monumenti est fere 4 m.

CIL. III 5812 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 17.

D ⊖ M
T·FL·PRIMANO·PATRI·ET·
TRAIAN·CLEMENTINÆ
MATRI·ET
T·FL·CLEMENTI·FRATRI
MIL·LEG·III·ITALIC·
EXACTO·COS
QVI·VIXIT·ANNIS·XXIIII·
T·FL·MARTIALISSIBI
ET·PARENTIBVS·SVIS
VIVOS ⊖ FECIT

accipe: *D(is) M(anibus). T. Fl(avio) Primano patri et Traian(iae) Clementinae matri et T. Fl(avio) Clementi fratri mil(iti) leg(ionis) III Italic(ae), exacto cos(ulari), qui vixit annis XXIIII, T. Fl(avius) Martialis sibi et parentibus suis vivos fecit.*

---

124. Augsburg. ‘in aedibus Georgii Mulich’ PEUTINGER 1505 fol. 5 (inde H. Schedel fol. 64) item CHOLER fol. 19. ‘ab alio latere eiusdem marmoris’ (n. 148) 1520 fol. 6. ‘in habitatione nostra’ VELSERIA cod. 4018 fol. 5. ‘in Aedibus Simonis Im houe’ CHOLER fol. 16^V; ex Peutingero Apian. 424, 1; ‘est in eodem lapide cum priori inscriptione (n. 148) sed alio latere’ Welser 1590 fol. 6^V; 1594 p. 223 post n. 148 cum titulo ‘ubi extet nescio’; Gruter 526, 2; Raiser 1820 p. 64; ODKr. III 85; post Peutingerum nemo titulum legit, nam lapis ita parieti immissus erat ut legeretur inscriptio n. 148 *Aeli Crisni*, haec n. 124 lateret. a. 1833 lapis loco motus est: ‘Das aus dem Flügelgebäude im Hofe des ehemaligen Peutinger’schen Hauses herausgenommene und bis in eine Küche daselbst hineingereichte zweiseitige Grab-Monument’ conatus est legere RAISER 1833 p. 3 infeliciter, nec plus profecit HEFNER R.B.^{3} n. 220; falsam Peutingeri lectionem etiam atramento in ipso lapide appinxerunt imperiti, ut ne Mommsenus quidem omnia expediret, qui lapidem vidit iam in museo (C 10); eum secutus est MEZGER catal. p. 41. litterae malae. lapis calcareus est 115×71×32 cm.

CIL. III 5813 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 18.

D M
PERPETVAE
SECVRITATIGAVIO
SILVANO·VETERAN
VI..IINII..VI·VE
IVLIACONIVGICAR
ISSIMOFACIENDVM
CVRAVIT

lectio certa praeter v. 5; potest etiam inter v. 1 et 2 adfuisse parvis litteris ET. v. 3 /AVIO primus legit Mommsen, AVL Peut. Rais. Hefn. v. 4 VETERANO Peut. Hefn., VETERAN recte Rais., VETERAIV Mommsen, sed ultimae duae componunt N male pictam. v. 5 VINCENTI VIVE legit Mommsen, sed adnotat: ‘ita mihi visum est, cum scripturae vestigia magis etiam obscurentur atramento imperite appicto; certe non est, quod habet Peut.; MIL·ITAL·MVL·VP·’ . . . . LVP dedit Raiser, nihil nisi puncta Hefner; ‘VIRGINII/ potius

quam VINCENTI mihi videbatur in lapide inesse, sed lectio incerta' Hirschfeld. mihi ante lapidem et ectypo facto fieri posse visum est ut fuerit VIXIT NN·LXVI; certius puto ultimas esse ut dedi V et deinde L et P coniunctas, i. *Vlp(ia)* 7 in fine fuit potius VM quam V(*m*).

sic igitur intellegi velim: *D(is) M(anibus et) perpetuae securitati: Gavio Silvano veteran(o), vixit . . . . Vlp(ia) Iulia coniugi carissimo faciendum curavit.*

---

125. Augsburg. 'in monasterio Praedicatorum' PEUTINGER 1505 fol. 3^{V}; 1520 fol. 4^{V}; VELSERIA cod. 4018 fol. 5; MORILLON cod. Vat. 6039 fol. 457, qui lapidem vidit; 'in exteriore pariete monasterii Dominicanorum ad divae Margaritae' ACCVRSIVS ms.; ex Peutingero dant Apian. 421, 2; Choler fol. 16; 'ex Feninga translatum' male Herold, Rhetia A 8; Welser 1590 fol. 5^{V}; alii; v. etiam WELSER 1594 p. 231 'ad D. Dominici' (Gruter 544, 6 et 625, 7); 'in der Mauer der Kirche (des Dominikanerklosters) nach der Gasse zu rechter Hand . . . aber schon sehr abgerieben und durch Kalk . . . überzogen' GERCKEN 1, 269; 'bis 1820 an dem vorigen Prioratgebäude des vorigen Dominikanerklosters (dem jetzigen freiwilligen Beschäftigungshause) . . . zunächst bei der vorigen Dominikanerkirche . . . ausgehoben und einsweilen . . . bey der vorigen Sakristei des St. Katharinaklosters . . . auf der Straße an die Mauer gestellt' RAISER 1820 p. 73; 1823 p. 67; 'von da 1821 in das Antiquarium überbracht' ODKr. III p. 85; HEFNER R. B.^{3} n. 170; nunc in museo (C 2): MEZGER catal. p. 34. — ara calcarea fere cubi forma (72×85 ×58 cm); in latere sinistro ascia.

CIL. III 5814 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 17.

D ☉ M
IVL · AMANDO · MIL
LEG · IIII · ITAL · LIBRARI//// COS
VIXIT · ANNIS · XXX
IVLIA · PATERNA · MATER ☉
FECIT · SIBI · ET · FILIO
PIENTISSIMO · VIVA · EX
PECVNIA · SVA · FECIT

in v. 3 ante COS littera O hodie evanuit, sed spatium adest.

intellege: *D(is) M(anibus): Iul(io) Amando mil(iti) leg(ionis) III Ital(icae) librari⟨o⟩ cos(ulari), vixit annis XXX, Iulia Paterna mater fecit sibi et filio pientissimo. viva ex pecunia sua fecit.*

126. Augsburg. 'eodem loco' (praecedunt n. 163 et 134) PEUTINGER 1505 fol. 3. 'non longe eidem muro adfixum' (praecedit n. 134) idem 1520 fol. 2; habet et VELSERIA cod. 4018 fol. 4^{V}. ex Peutingero: Hartmann Schedel fol. 303; Choler fol. 15^{V}; Apian. 420, 1; Herold Rhetia A 8; Welser 1590 fol. 4; alii; habent et ACCVRSIVS ms.; WELSER 1594 p. 227 cum imagine (quam reddidi tab. 18 iuxta photographon ex lapide): inde Gruter 546, 3; alii; 'Ein Eckstein am großen Bogen, wo man aus dem Umfange des Stifts in die Gasse geht, rechter Hand' GERCKEN 1 p. 265; desiderabatur a. 1820: RAISER 1820 p. 66; 'i. J. 1821 . . . verkehrt eingemauert wieder aufgefunden und in das Antiquarium überbracht worden; die ausgelöschten Schriftzüge wurden nach Velser mit Wasserfarbe ergänzt' RAISER ODKr. III p. 85; cf. 1823 p. 67; v. etiam Orelli 3578; HEFNER R. B.^{3} n. 219; nunc in museo (C 22): MEZGER catal. p. 48. — lapis fere 70×58×33 cm. 'Litterarum informis species, quam proximè ad lapidis fidem exprimendam curavimus, à non optimo saeculo est' Welser 1594.

CIL. III 5815; quae extant, cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 18. do, quae hodie leguntur.

D ☉ M
IVL · MACRIANO · QVONDAM
VETERANO · M · H · M · EX · BF · COS
CONIVGI · CAR MO
SECVNDIA · S A · ET ·
SIBI · ET ☉
ALPINOETAL ILIIS
BENEVALENTIBVS · F · C

4 CAR*issi*MO 5 S*ervat*A 6 I*uliis* 7 AL*pinae f*ILIIS explentur ex Peutingero Velseroque.

accipe: *D(is) M(anibus): Iul(io) Macriano, quondam veterano m(isso) h(onesta) m(issione), ex b(ene)-f(iciario) cos(ulari), coniugi carissimo Secundia Servata et sibi et Iuliis Alpino et Alpinae filiis benevalentibus f(aciundum) c(uravit).*

---

127. Augsburg. 'Apud aedem sacram Sanctae Crucis' PEUTINGER 1505 fol. 3^{V}, 1520 fol. 4; VELSERIA cod. 4018 fol. 5; ex Peutingero: Apian. 421, 1; Choler ms. fol. 16^{V}; Welser 1590 fol. 5; alii; 'In turre S. Crucis quâ hortum spectat' WELSER 1594 p. 218 (inde Gruter 651, 3); GERCKEN 1, 269; 'nach der Inschrift quer in der zweiten Schichte einer 3- und vierfachen Unterlage von römischen Quadersteinen des Glockenturmes von Heiligkreuz (diesen Thurm ließ gegen

Ende des XII. Jahrh. Bischof Udalscalk erbauen . . .) . . . nordwestlich gegen den . . . Klostergarten' Raiser 1820 p. 74, ODKr. III p. 84; Orelli 4729; Hefner R. B.[3] n. 194; Mezger p. 82. — 'ex Fenninga translatum' temere ponit Herold Rhetia A 8. — lapis extat hodie ibidem; est 85×58 cm.

CIL. III 5816 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 18.



dedi quae vidi. v. 2 adest ultima I (err. Mo.). v. 3 adest cauda litterae in versu olim primae Q. v. 4 T tertia male ornata est. v. 5 praenomen vix adfuit. v. 9 male Mommsen ut priores non dedit nisi DD.

accipe: *⟨I⟩ul⟨io⟩ Victor⟨i | n⟩egotiatori | ⟨qu⟩ondam vestiari⟨o | ex⟩ testamento eiu⟨s⟩ Iul⟨ius⟩ Clemen⟨s | a⟩quilifer leg⟨ionis⟩ III Ita⟨l⟨icae⟩⟩ | frater eius | f⟨aciendum⟩ c⟨uravit⟩ | l⟨oco⟩ d⟨ato⟩ d⟨ecurionum⟩ d⟨ecreto⟩.*

---

128. Augsburg. 'ad domum nobilium matronarum S. Stephani intra urbem' ('in suburbio' 1520) Peutinger 1505 fol. 3 melius quam 1520 fol. 3[V] et Velseria cod. 4018 fol. 4[V]; ex Peut. 1520 dant Choler fol. 16; Apian. 420, 3; Welser 1590 fol. 4[V]; ex visu Accvrsivs ms.; Welser 1594 p. 230 (inde Gruter 551, 13). 'itzt im K. Militär-Montursdepot, vorher dem Wohngebäude des adelichen Damenstiftes zu St. Stephan . . . im Innern des Hauses linker Hand in der Mauer bey der Stiege, in ziemlicher Höhe eingemauert. Der Stein hat ein schwärzlichtes Aussehen und in den Worten *Managnio*, *Managnia* und *Legio III*^{tia} wegen einer tiefen Verletzung desselben Defekte' Raiser 1820 p. 69; cf. 1823 p. 67; '1821 erhielt man dasselbe in das Antiquarium und mauerte es . . . links in der Höhe ein' ODKr. III 83; Orelli 4616; Hefner R. B.[3] n. 168; nunc in museo (C 18), item parieti immissum (64×50 cm): Mezger catal. p. 46.

CIL. III 5817 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 19.



v. 1–4 litteras nunc deperditas visas Peutingero Accursio Velsero punctim scriptas dedi. v. 2 post *Iusto* male T dederunt ante Mommsenum et *t(ribuno)* interpretati sunt; est nota centurionis. 4 in fine NA ligatas dat Acc.; sed spatium duabus plenis sufficit. v. 6 et 7 bis punctum est in ipso versu, non supra eum, ut fieri solet. 10 debuit lapicida EX HS.

accipe: *C. Managnio Iusto, c⟨enturioni⟩ leg⟨ionis⟩ III Italic⟨ae⟩, Managnia Fabiana filia et heres faciendum curavit, instante Managnio Niciate liberto ex (sestertium) n(ummis) XVI.*

---

129. Augsburg. 'Saxum grande effossum ad Vindonis (i. Wertach) alueum III kal. Febr. An. 1603 et in hortos Velserianos translatum. Imagines in alio licet saxo, eodem tamen loco effossae videntur una C. Senilii Pervinc. patris, altera Senilii Inpetra. filii. Civili pater veste, puta veteranus et emeritus' Welser autogr. p. 230; similiter apud Gruter. 1159, 14 et ap. Schelhorn. amoen. litt. 5, 127; inscriptionem dant praeterea Gvdivs ms. bibl. Hannov. XXVI; Beck mon. Iudaica (1686) p. 53. — lapis cum titulo marmoreus ('wie solcher bei Füßen gebrochen wird' Raiser) altus 96, latus 88 cm, nunc in atrio aedis Peutingeranae superimpositus est maiori illi imaginibus ornato et sic ambos vidit iam Gvdivs et Raiser 1820 p. 59 (monumentum male restitutum dat eius tabula IX) et ODKr. III 81; Orelli 3484; Hefner R. B.[3] n. 171; Mezger catal. p. 78. — monendum tamen videtur non certum esse ad idem monumentum pertinere titulum et anaglypha, licet eodem loco sint inventa.

CIL. III 5818 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 18.



lapis iam olim a dextra parte laesus erat; paucae quae desunt litterae suffecerunt ut omnes ante Mommsenum titulum falso intellegerent et ipsi varias interpretationes proponentes. v. 4 in fine ET dedit Welser, adest sola E. 6 primus recte signum centuriae add. Mommsen.

accipe: *D(is) M(anibus): C. Senilio Pervinc⟨o⟩, veter(ano) ex signifero leg(ionis) III Italicae e⟨t⟩ Senilio Inpetrat⟨o f(ilio)⟩ Aurel(ius) Sabinianu⟨s, c(enturia)⟩ Ingenui, heres fec⟨it⟩.*

---

130. Augsburg. ʿAd D. Ioannis in muro coemeterii' WELSER 1594 p. 225 (cf. ʿAugustae' 1590 fol. 14^{v}) similiterque ACCVRSIVS ms.; ex Velsero 1594: Gruter 562, 8. ʿwohin . . . gekommen . . ., ist unbekannt' RAISER 1820 p. 80, ODKr. III p. 85; Hefner R. B.^{3} n. 180.

CIL. III 5819 ex prioribus; periit.

SVCCESSVS
SILVANI·F·EQ·AL
I·AVG·TVR·IVL
OCTAVI·STIP·XIIII
VIXIT·ANN·XL

optimum est apographon Accursii. 2 ILVINI Vels. 3 sic Acc., AVG . . . IVL Vels. 1590, AVG . . . . . Vels. 1594. 4 OCTAVI in lac. om. Vels. 5 XL in lac. om. Vels. 1590.

accipe: *Successus Silvani f(ilius), eq(ues) al(ae) I Aug(ustae) tur(ma) Iul(ii) Octavi, stip(endiorum) XIIII, vixit ann(os) XL.*

---

131. Augsburg. ʿibidem' (praecedit n. 108) APIAN. 424, 3 (inde Gruter 530, 4); similiter ACCVRSIVS ms.; PANVINIVS cod. Vat. 6036 fol. 76; ʿad S. Vlrichum' a Pighio SMETIVS 93, 8 (inde Welser 1590 fol. 12^{v}; Gruter. 558, 11); ʿin Peutingerorum aedibus' WELSER 1594 p. 224. ʿWohin . . . gekommen . . . ist unbekannt' RAISER 1820 p. 81, ODKr. III 86; Hefner R. B.^{3} n. 218.

CIL. III 5820 ex editis et codd.; periit.

D · M
tAVRINI·MONTAN
EX·ʏ·VET·POMPEIVS
SALTVINVS·HERES
FACIENDVM·CVRA
EX·S·IIII·N̄

1 om. Smet. 2 ///AVRINI Acc., . . A.RINI Vels., A·RINI Panv., A·RITII Smet., AVR Ap.; ⟨*T*⟩*aurini* Mommsen. MONTANI·I Smet. 3 pro ʏ habet I Ap. 6 sic Acc.; EX·SS·IIII·N Smet., EX·SSSS·N̄ Panv.; EX SS · · · · N̄ Vels.; EX . . . N̄ Ap.

intellege: *D(is) m(anibus) Taurini(i) Montani ex c(enturione) vet(erani) Pompeius Saltuinus heres faciendum cura(vit) ex s(estertiis) IIII n(ummis).*

---

132. Augsburg. ʿin hortis Velserianis' WELSER autogr. p. 231 et in suppl. ap. Schelhorn amoen. litt. 5 (1726) p. 128. ʿnicht mehr vorgefunden' RAISER 1820 p. 100; ODKr. III p. 86; Hefner R. B.^{3} n. 229.

CIL. III 5821 ex Velsero; periit.

D · M · ET · P
ERPETVE·SECVR
ITATI·VALERI
CATVLLINI·CO
EX AVBDA AV
. . . . . .
Q_VI·VISSIT·AN
XXX·MES·IIII·D·VII
VAL·SENILIA·COIVS
FECIT·TITVLVM
B · M · P

Mommsen errore om. v. 6 vacuum et v. 8 pro IIII (sic Welser) dedit III. munera militaria defuncti in v. 4–6 notis perscripta erant nec possunt certo definiri; *exar(chi) Dalm(atarum)* coni. Hefner neque improbavit Mommsen.

accipe: *d(is) m(anibus) et perpetue securitati Valeri(i) Catullini co(iugis?) . . . . . qui vissit an(nos) XXX mes(es) IIII d(ies) VII; Val(eria) Senilia coius fecit titulum. b(ene) m(erenti) p(osuit).*

---

133. Augsburg. ʿrepertus est lapis, ut mihi significavit Cl. Crophius Gymnasii Augustani Rector ante hos octo ferme annos, non longe ab urbe . . . in ripa fluminis die Werthach dicti, unde in urbem translatus et in area ante portam Gymnasii collocatus fuit' Io. G. RICHTER ἐξήγησις inscr. ant. in agro Augustano repertae (Lpzg 1739, 4) p. 8; inde Murat. app. 5, 1; POCOCKE p. 119, 2; GERBERT iter Alemann. ed. 1765 p. 177; ECKHEL sched. 7, 3 qui habuit ab Io. Casp. Mayer actuario Augustano a. 1769; ʿAuf dem Hofe des Gymnasii zu S. Annen . . . 1779 gleich am Eingange bey der Thür zur Stadtbibliothek' GERCKEN 1, 273; ʿstand lange unter freyem Himmel vor der Stadtbibliothek bey St. Anna, im Jahre 1811/12 ist dasselbe in die Sakristey bey St. Catharina . . . gebracht' RAISER 1820 p. 61; illatum in antiquarium: idem 1823 p. 69, ODKr. III p. 81; Orelli 3510; Hefner R. B.^{3} n. 181; nunc in museo (C 8): MEZGER catal. p. 39. — ara calcarea magna (109×73×43 cm): in lateribus arbores.

CIL. III 5822 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 19.

D · M ·
VICTORINI ·
LONGIN · EQ · A · II ·
FL · SING · CL · LATINVS
AEDITVVS · SINGVLA
RIVM · H · F · C

accipe: *D(is) m(anibus) Victorini(i) Longini eq(uitis) al(ae) II Fl(aviae) sing(ularium) Cl(audius) Latinus aedituus singularium h(eres) f(aciendum) c(uravit).* cf. Ohlenschlager R. Ü. p. 248, 5.

---

134. Augsburg. ‘muro divi Vdalrici adfixum’ Peutinger 1520 fol. 1^{v}; ‘eodem loco’ (praec. n. 163) 1505 fol. 2^{v} (cf. et Velseria cod. 4018 p. 4^{v}) inde Choler. p. 15^{v}; Apian. 419, 2; Welser 1590 fol. 3^{v}; Accvrsivs ms.; Welser 1594 p. 230 (inde Gruter 497, 3); Gercken 1, 267; Marinio Glogavia misit 1. mai 1812 Siauve; ‘noch bey St. Ulrich, oder an der jetzigen Cavalleriekaserne auswärts in der Mauer gegen die Capellgasse’ Raiser 1820 p. 70; datum antiquario a. 1821: idem 1823 p. 70, ODKr. III 83; Hefner R. B.^{3} n. 206; nunc in museo parieti immissum: Mezger catal. p. 50. — lapis maximus, altus 41 cm, latus 162 cm; pars dextera per spatium 52 cm. litteris vacat; quae desunt in titulo dimidiato videntur locum habuisse in alio simili lapide ad sinistram posito.

CIL. III 5823 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 20.

de CVRIONI · AL · II FL · ET
. . COS · ET · FL · DECORATo
. . LEG · III · ITAL ////////
. . V S · V I V

v. 1 primus recte legit AL · II · FL Siauve, male priores AL · III · L v. 3 quae hodie leguntur, in litura scripta sunt; prioris scripturae nullum cernitur vestigium. v. 4 VS-VIVIS Acc.; hodie IS non cernuntur nec viderunt Peut. Wels. Siauve, Gercken. male ut mihi videtur priores (etiam in CIL.) de duobus militibus cogitaverunt; puto tres titulo honoratos fuisse et interpretor sic . . (nomen) . . . . . ⟨*de*⟩*curioni al(ae) II Fl(aviae) et* . . . . (nomen) . . . . ⟨*b(ene)f(iciario)*⟩ *cos(ulari) et Fl(avio) Decorato* . . . . . *leg(ionis) III Ital⟨icae⟩* . . . . . (nomen) . . . ⟨*viv*⟩*us viv⟨is p(osuit)*⟩.

---

135. Augsburg. ‘darnach hueb man an zu pauen an dem turm (ad D. Udalrici) . . . unden auf dem grund gleich dem ertrich da fand man ain großen quadraten stain, darauf stuend die nachgeschriben geschrift; es was ain eggstain’ Burk. Zingk, Augsb. Chronik ad ann. 1467 d. 25 juli (p. 319). ‘Anno Christi 1567 [sic errore] ad D. Udalrici sub turre inventa . . . hanc inscriptionem cum paucis quibusdam aliis non vidi’ et commemorat ‘exemplum quod descripsi’ Welser 1594 p. 217 (inde Gruter 649, 10; Orelli 4250; Raiser 1820 p. 72 cf. p. 35 et ODKr. III p. 84; Hefner R. B.^{3} n. 189).

CIL. III 5824 ex Velsero; periit.

sic dat Welser ex apographo non bono:

PERPETVÆ · ME · SECVRIT · TIB
CLEVPHAS · IIIII · VIR · AVG · NEGOTIATORVM
ARTIS · PVRPVRARIAE · QVI · VIXIT
ANNOS · LXXVI · SENILIAE · LASCIVAE
CONIVGI · ET · CLAVDIAE · FORTVNENSI
ET · EPIGONO · APRO · FILIIS · VIVOS · VIVIS
FECIT

sic autem dat Zingk (cod. Archivi Augustani Pauli Hector n. 6 fol. 515^{v}, a quo non discrepat nisi in vitiis aperte recentibus cod. Mon. germ. 2028 fol. 344) litteris minusculis:

Perpetue mei securitatib: Cleuferas IIIIII
uirgus neso tiat artis purpurarie qui
uixit ann. LXXVI Senilia Flaciua
E coniugi et Cia udis fortunensi et Episcono
Apro filiis vivos uiuis Fexit

ex his duobus apographis sic fere licebit titulum restituere:

PERPETVÆ · ME · Ƭ · SECVRIT · TIB
CL · EVPHRAS · IIIII · VIR · AVG · NEGOTIAT
ARTIS · PVRPVRARIÆ · QVI · VIXIT
ANN · LXXVI · SENILIAE · LASCIVA
E · CONIVGI · ET · CLAVDIS · FORTVNENSI
ET · EPIGONO · Ƭ · APRO · FILIIS · VIVOS · VIVIS
FECIT

perpetuae me(moriae) et securit(ati): *Tib. Cl(audius) Euphras, sevir Aug(ustalis), negotiat(or) artis purpurariae, qui vixit ann(os) LXXVI, Seniliae Lascivae coniugi et Claudis Fortunensi et Epigono ⟨et⟩ Apro filiis vivos vivis fecit.*
in v. 2 quod legebant quasi cognomen CLEVPHAS (‘contractum ex κλεόφιλος’ Scaliger ad Velserum) et interpretabantur tamquam si Iudaeus ille fuerit negotiator, recte Mommsenus discerpsit et constituit gentile CL; quod restat, Mommsen voluit esse *Euphrates*, potest tamen accipi *Euphras(ius)* vel potius ut *Euphras* sit forma hypocoristica nominis longioris. v. 3 numerus annorum postea

additus erat ut consentaneum. v. 6 ANTIGONO pro EPIGONO merus error est Mommseni. *et* ante *Apro* iam Raiser inseruit.

---

136. Biberbach prope Augsburg. ‘Epitaphium repertum in quadam villa prope castrum Biberbach, tria milliaria ab Augusta . . . hic lapis est in aedibus sub cubili nostro, muro affixus’ PEUTINGER autogr. in libro impresso ‘de Laniis et phitonicis mulieribus’ bibl. Augustanae (v. RAISER 1829 p. 56 et MEZGER catal. p. 79). ‘ad S. Nicolaum ad II mil. extra urb. Augustam’ PEUTINGER 1505 fol. 5^{v} (inde H. Schedel fol. 64). ‘ad II mil. ab Augusta Vindelicorum in aed. Divi Nicolai’ 1520 fol. 11^{v}; prius male exceptam correxit idem in cod. Mon. lat. 4018 fol. 5^{v} et in ed. 1520; inde Choler. fol. 17; Apian. 428, 3; Welser 1590 f. 11; Gruter 426, 3; alii. habent etiam ACCVRSIVS ms.; PANVINIVS cod. Vat. 6036 fol. 41; BOISSARD ms. p. 530, ubi adscriptum est ‘inventum 1547 21 Octobris’; ‘In aedibus Peutingerorum, illuc translata ex aede D. Nicolai, quae ante urbis muros stetit’ WELSER 1594 p. 215; GERCKEN 1, 278; RAISER 1820 p. 71, 1829 p. 56 ubi exponit, lapidem ex Biberbach ‘in das ehemalige Franziskaner-Nonnenkloster St. Nicolaus in Augsburg, das vor dem rothen Thore lag’, deinde fere a. 1534 in domum Peutingeri illatum esse; ODKr. III p. 83; Orelli 494. 3743; Hefner R. B.^{3} n. 188; Mezger, catal. p. 79; lapis (102×117 cm) extat in atrio aedium Peutingeranarum. — ‘Fenningae rep. temere ponit HEROLD Rhetia f. A 7; ad Brenz prope Aalen referunt item male SCRIPTORES WURTEMBERGICI’ Mo.

CIL. III 5825 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 19.

PERPETVAESECVRITATI·
CIVLIANIVS·IVLIVS·DECMVN·
IIII·VIRALIS·SIBI·ET·
SECVNDINIAE·PERVINCAE·
CONIVGICARISSIMAE
ERGASEDILIGENTISSIMAE
FEMINAERARISSIMAE·
SINGVLARISEXEMPLI·
PVDICITIAE·
QVAEVIXIT·ANNOS·XXXXV·
MENSES·VII·DIES·XXI·ET·
IVLIANIIS·IVLIO·IVNIORI·ET
IVCVNDOET·IVSTO·FILIS·
VIVIS·VIVOS·FECIT

in angulis superioribus potest fuisse D M accipe: ⟨*D(is) M(anibus) et*⟩ *perpetuae securitati: C. Iulianius Iulius dec(urio) mun(icipii) IIII viralis sibi et Secundiniae Pervincae coniugi carissimae, erga se diligentissimae, feminae rarissimae, singularis exempli pudicitiae, quae vixit annos XXXXV menses VII dies XXI, et Iulianiis Iulio iuniori et Iucundo et Iusto filis vivis vivos fecit.*

---

137. Augsburg. ‘in domo Io. Udalrici Hunpis (v. Hundbiß) canonici’ WELSER autogr. ad p. 215; cf. Schelhorn amoen. litt. 5 p. 125 (ubi *Humpis* impressum). domum extare, titulum desiderari refert RAISER 1820 p. 82, ODKr. III p. 84; Hefner R. B.^{3} n. 254.

CIL. III 5826 ex Velsero; periit.

IVVENNIAE·PRISC*ae*
VXORI·CARISSIM *ae*
. . . . . .
. . . . . *bene*
DE·SE·MERIT*ae*
MALRINIVSFE
DEC·MVN·QV . .
SACERDOTALIS·*omni*
*bush*ONORIB·IN *rep*
SVA·FVNC*tus*

supplementa sunt Velseri. v. 6 *M. Albinius Felix* proposuit Mommsen; v. 7 *qu⟨i et⟩* idem; puto *quinq(uennalis)*. in v. 6 Welser non adnotavit lacunam in fine.

---

138. Augsburg. ‘der neuentdeckte, in dem Garten des Hauses Lit. F. N. 164 zwischen dem kath. Waisenhause und der k. Stuckbohrerey in der hl. Kreuz-Vorstadt . . . ausgegrabene, . . . dann . . . als ein Treppenstein . . . benützte, 1822 aber . . . für das Antiquarium erhaltene Grabstein’ RAISER 1823 p. 71 cum tab. 4 fig. 6; ODKr. III p. 62 et 95 Nachtr.; Hefner R. B.^{3} n. 200; Orelli 2184; nunc in museo (C 12): MEZGER catal. p. 42. — tabula calcarea: 33× 49,5× fere 40 cm.

CIL. III 5827 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 19.

SILVIAE·T·FIL·
MATERNINAE
SACERDOTAL

3 in fine videtur esse *sacerdotal⟨i⟩*, vix *sacerdotae*. lege: . . . . *Silviae T(iti) fil(iae) Materninae sacerdotal⟨i⟩* . . . . .

139. Augsburg. ‘in domo privata’ Welser 1590 fol. 17^{v} et 1594 p. 215; inde Gruter 497, 5, Reines. 6, 96 et 16, 48; desideratur: Raiser 1820 p. 72, ODKr. III p. 83 s.; Hefner R. B.^{3} n. 183 et 357.

CIL. III 5828 ex Velsero; periit.

. . . . . .
DEC·MV*nicipi*
FRATRIS·EI*us*
FILIVS
HERES
5 L·D· D·D

explevit Welser. 5 *l(ocus) d(atus) d(ecurionum) d(ecreto)*.

140. Augsburg. ‘Augustae ad S. Vdalrici in atrio, equorum stabulum a dextra ingredienti’ praescripserat Bayer; quibus deletis ‘Augustae in hortis M. Velseri’ posuit Welser. ‘Litterae sunt praegrandes et pulcherrimae, quae dimidium pedem Augustanum fere aequent; pars videtur zoophori ex magno aedificio’ Welser, qui ab Ioanne Bayero delineatam misit Grutero ep. data k. mai. a. 1602 in cod. Lugd. Papenbr. 6 f. 14 s. et addit ‘hoc quoque quod vides frustum ab interitu vindicavi’; inde Gruter 1081, 3.

CIL. III 5829 ex Velsero; periit.

*omnib. hono*RIB·IN·RE·P·SV*a functo*

‘mirum est hoc saxum a Velsero neque in libro neque in supplementis commemorari’ Mommsen. Non habet Raiser nec Hefner.

141. Stadtbergen proxime Augsburg. ‘In villa pr(imo) lap(ide) ab Augusta Vindelic. Berga dicta per me repertum super altare ad dextram ingredienti’ Choler ms. (1519) fol. 136^{v}, qui subscripsit ‘Hoc Epitaph. Reperi in ecclesia praefatę Villę, In Cuius Cymiterio adhuc visuntur plures imagines marmore insculptę veram antiquitatem prae se ferentes’ (cf. Raiser 1825 p. 87 s.). ‘Haec adiuncta Figura in Villa Bergen, Primo ab Ciuit. Augusta Lapide, cum hac inscriptione habentur’ Apian. 435, 2 (inde Welser 1590 fol. 25); Accvrsivs in exemplo Apiani Mediolanensi; ‘Bergae prope Augustam, in altari quod est introeunti templum ad laevam, pessimo charactere’ Welser 1594 p. 251; ‘lag in dem Fußboden unter der Kirchenthüre zu Stadtbergen und war daher durch Austreten bis auf die beiden letzten Linien seiner Inschrift ganz ausgelöscht . . . Die Inschrift wurde daher nach Welser mit schwarzer Wasserfarbe ergänzt und der gespaltene Stein rückwärts mit einer Eisenklammer zusammengehalten’ Raiser 1823 p. 68; 1825 p. 88; ODKr. III p. 84; Hefner R. B.^{3} n. 193; nunc in museo (C 25): Mezger catal. p. 49; lapis est 128×69×30 cm.

CIL. III 5830; cont. Mommsen quae supersunt; recognovi diligentissime; v. tab. 21.

cernuntur hodie

. . . . . .
. . . . . .
B . . . . . .
. . . . . .
5 S . . . . . .
FACIEND. C. . . CVTIAN
IVSVRSACIVSPIENTIS
IMO FRATRI TBENEMERENT
FECIT

legerunt priores

MEMORIAE·ET·PERP
ETVAE·SECVRITATI·FLA
BIACVNANIO·SERENO
NEGOT·QVI·VIXSIT·ANNI
5 S·XXXVETM·VIII·D·VI·HOC
FACIENDVCVRA·CVNAN
IVS·VRSACIVS·PIENTIS
IMO PATRI TBENEMERENTI
FECIT

versus non recte separavit Chol. 2 in fine FL*a* Vels.; FLABIA omnino om. Chol. 4 NEGOT Vels.; ///COI/ Chol., IV///COL Ap. Acc. — VIXSIT Acc., VIXIT cet. — ANNO Chol. 5 M om. Ap. ‘malim XXXVII·M·VIII’ Mommsen. 6 FACIVNDV Chol. — non QVTIAN (sic legit Mommsen), sed CVTIAN est in lapide. 8 IMVS Chol. — PATRI Ap. Acc. Vels.; FRATRI mutavit in PATRI Chol. — MERENT(*i*) recte Vels. nomen *Acutianius* in v. 3 et 6 restituit Mommsen.

accipe: *memoriae et perpetuae securitati: Flabi(o) Acutianio Sereno negot(iatori), qui vixsit annis XXXV et m(ensibus) VIII d(iebus) VI, hoc ⟨mon(umentum)⟩ faciendu(m) cur(avit) ⟨Tib(erius)⟩ Acutianius Vrsacius; pientissimo fratri et benemerenti fecit*, in quibus v. 6 *Tib.* recte Gareis ex n. 145 supplevit.

142. Augsburg. ‘Lapis hic extra muros mense Martio a° Chr. 1648 inven(tus) antiqui. mem. huc p(ositus)’ Svbscriptio olim in ipso lapide addita. ‘cum Aug. Vind. nove munitionis opere circumvallaretur inter portas piscatoriam et Vindonicam (‘Wertachbruckertor’) ex apertis fossis eruderatus . . . juxta Porticum ad D. Udalrici collocatus’ Anonymvs Avgvstanvs in folio separato aere expressam inscriptionem exhibente, quod repetivit Reinesivs inscriptio

vetus Augustae Vind. haud pridem eruta, 1655 (eodem anno bis prodiit) et in syntagmate 17, 73; ‘insertus est muro Porticus, per quam à plaga Occidentali Monasterium D. Udalrici aditur’ Beck monum. Iudaica (1686) p. 58 ex lapide; Pococke p. 78, 2 (cf. corrig.) ex lapide; ‘noch (1780) in dem großen Bogen, wo man aus dem Umfange des Stifts in die Gasse geht’ Gercken Reisen 1, 268 ex lapide; ‘ist bey dem Baue der Stallungen der Cavalleriekaserne 1806/7 zerfallen ... Fragmente auf derselben Stelle in die Erde eingeworfen, der in das Magazin überbrachte übrige Stein aber bey diesem Baue später zu einem andern ... Gebrauche verwendet worden’ Raiser 1820 p. 62 cum tab. IV 2. Hefner R. B.[3] n. 294 ex prioribus.

CIL. III 5831 ex prioribus; periit.

CIVLISILANILIRI
LIBERTINATIONE
BITVRIXANNO
RVMXIIXHSIST

sic traditur; 1 IVLI Anon., IVII ceteri, om. in lacuna Gercken | SIIANI Poc. | 2. 3. 4 LIBERT·NATION..‖....IX·ANNO...‖XXIIXR·S·I·S·T Gercken. ‘scribendum est C·IVLI·SILANI·L·PRI|MIGENI similiterve; recte Borghesius (opp. 5, 231) patronum statuit esse C. Iulium Silanum consulem a. 92 (Henzen 6446)’ Mommsen p. 1050.

lege igitur: ... *C. Iuli, Silani l(iberti), Liberti(i)(?), natione Biturix, annorum XVIII; h(ic) s(itus) ⟨e⟩st.*

143. Augsburg. ‘in suburbio Mariano ad ianuam cauponae’ Welser autogr. p. 218 et in suppl. ap. Schelhorn amoen. litt. 5 p. 125. ‘Augustae Vindelic. e schedis Nicolai Pacediani’ Mvrat. 1506, 8; ‘noch nicht wieder aufgefunden’ Raiser 1820 p. 82, ODKr. III p. 86; Hefner R. B.[3] n. 287.

CIL. III 5832 ex editis; periit.

L·VAL·RVSTICVS
LVGVDVNENS
VIXIT·ANN·LXX
TESTAMENTO·F·I

1 RVSTIC, 2 IVGVRTINAE, 4 HE pro F·I Pac.

accipe: *L. Val(erius) Rusticus Lugudunens(is), vixit ann(os) LXX, testamento f(ieri) i(ussit).*

144. Augsburg. ‘in D. Vdalrici templo frustillatim effossa a. 1591’ Welser 1594 p. 217; inde Gruter 641, 4. ‘diese Bruchstücke, wie vermuthet wird, in dasselbe Grab wieder eingeworfen’ Raiser 1820 p. 81, ODKr. III p. 85; Hefner R. B.[3] n. 195.

CIL. III 5833 ex editis; periit.

D·M·ET
PERPETVAE·SE
*cu*RITATI·VICTO
*ri*O·VICTOR*i*ANO
*ne*GOTIATORI·A/
//S·CRETARIA///
//TVRARIAE·SI//
///CA·MAT*er*///
//VIXIT·AN*n*////
//C/////////

dedi cum supplementis Velseri, nisi quod ille v. 5 male explevit *Aug*; recte 5 s. *a⟨r|ti⟩s cretaria⟨e et|fla⟩turariae si⟨gill.⟩* Reinesius et Gudius ad Gruter. 638, 6.

lege: *D(is) m(anibus) et perpetuae se⟨cu⟩ritati Victo⟨ri⟩o Victor⟨i⟩ano ⟨ne⟩gotiatori a⟨rti⟩s cretaria⟨e et fla⟩turariae Si⟨lia? ..⟩ca mat⟨er f(ilio) ... qui⟩ vixit an⟨nos .... fa⟩c(iundum) ⟨c(uravit)⟩.*

145. Augsburg. ‘in eiusdem D. Chuonradi Peutinger aedibus’ Peutinger 1520 fol. 8 (inde Apian. 426, 1; Welser 1590 fol. 8[v]); cum nota ad v. 4 ‘sequentes lineae omissae sunt ab impressoribus (i. ap. Ap.) et nos sane primi legimus non sine difficultate’ Accvrsivs ms.; Welser 1594 p. 224 (inde Gruter 515, 20); ‘noch vorhanden’ Raiser 1820 p. 79, ODKr. III p. 85); Hefner R. B.[3] n. 221; Mezger catal. p. 80. — extat adhuc in domo Peutingerana ad laevam ingredienti; lapis harenaceus ut videtur (102× 40 cm) parieti immissus est, tectorio inductus et difficillimus lectu.

CIL. III 5834 ‘contuli ut potui’ Mommsen; recognovi: v. tab. 21.

D M
ETPERPETVAESE
CVRITATITIB·AC
VTIANIOVRSACIO
VETERANICINO
QVIVIXANNOS///
VII·MENS·SEX·DIES
VIII ///O C·FACIEVIDV
MCVRAVITSIMF
LICIAPIENTIS S
IMACONIVGIBE
NEMERENTI
FECIT

T
P V X S F
M

Peutinger non legit nisi D M | ET PERPETVAE SE| CVRITATI . . . . . | . . . . . VIXIT ANNOS | VII MENS·SEX· DIES | VIII . . . . . | . . . . . | . . . . . | . . . . . | . . . . . BE|NEMERENTI | FECIT | (T VXS M); plenius legit Welser 1594, plenius etiam Acc. quae hodie sub calce latent, punctim scriptas dedi. v. 1 om. tabula mea. 3 TIBIAC Acc., sed I altera in lapide casu et laesione effecta est. 6 VIX in lapide est, non VIXIT ut dederunt priores. 15 P et F in ornamentis lateralibus om. Peut. Acc., viderunt Welser 1594, Hefner, Mommsen, ego.

accipe: *D(is) m(anibus) et perpetuae securitati: Tib. Acutianio Vrsacio Veteranicino, qui vix(it) annos XXVII mens(es) sex dies VIII, hoc faciendum curavit Simplicia: pientissima coniugi benemerenti fecit. t(itulum) uxs(or) m(erenti) p(ientissima) f(ecit).* ultima sic potius intellegi velim; *p(atrono) t(itulum) uxs(or) m(erenti) f(ecit)* voluit Hirschfeld in indice CIL.

146. Augsburg. ‘Im Antiquarium . . . eine 2′ 2″ hohe und 1′ 2″ breite Ara, woran die Altar-Hörner und die obere Verzierung noch sichtbar, von der Inschrift aber alles bis auf die dunkeln Buchstaben . . . A·AEL . . und unten P·C· erloschen sind’ RAISER ODKr. III p. 89.

nec Mommsenus (CIL. III 5835) neque ego in museo repperimus.

147. Augsburg. ‘Ante non multos annos, in hortis ad D. Stephani quibusdam, scrobe altitudine trium aut quatuor pedum forte effossâ, detectum apparuit pavimentum tessellatum sectile egregii operis, in quo quadratis spatiis delineati gladiatores, ascriptis nominibus, bigae metae, alia id genus . . . hoc cum per aliquot menses nivibus gelicidiis et omni hyemis iniuriae . . . sub diu patuisset, terrâ iterum est obrutum (p. 91) . . . Huic cum brevem denuo lucis usuram ab horti domino impetrassemus, imbrium niviumque glacie valde corruptum invenimus, plerasque tesserulas loco motas, reliquarum etiam coagmentationem solutam, ut iam spes nulla superet incolume posterorum oculis cuiusquam accuratione seruari posse. Narrabant repertas aliquando id loci non unius generis marmoris crustas, ostiorum antas et egregii operis hyperthyron, lapidis item gypsei aut cretacei massam bene grandem, ad haec fragmentum euripi saxeum, praeterea gemmam boream an aërizusam, anulo insertam aureo, lychnum atque ampullam vitream, liquore plenam spisso nescio quo rubro: quorum nos tamen praeter massam illam et canalem nihil vidimus . . . Balneorum interim vestigia, quae prius subodoravi, nunc palam agnoscimus (p. 237) WELSER 1594. ex Velsero repetiverunt sua Gruter 336; Raiser 1820 p. 90–93, ODKr. III p. 87; Hefner R. B.[3] p. 17.

CIL. III 5835[a] ex Velsero; periit; cf. tab. 20 (redditum ex Velsero).



unum quodque quadratum ad modulum Velseri erat fere 2′ 3″ pedes Augustanos altum latumque. adnotat ipse: ‘Nomina quae punctis indicata tantum, nos legere non potuimus, quidam se iam olim hoc modo legisse affirmabat SIRIPVS (refero cum Mommseno ad quadr. 1) SPICIVS (ad 4) ALPVS LYTRA (ad 7)’. Mommsenus addit ‘decimum nomen Vels. legit MANLIVS tabula refragante’; ego opinor Velserum recte legisse, pictorem non feliciter reddidisse litteras paene cursivas.

148. Augsburg. ‘Ab altero latere eiusdem lapidis’ (praecedit n. 124) PEUTINGER 1505 fol. 6 (inde Hartmann Schedel repetivit cod. 716 fol. 64); cf. VELSERIA cod. 4018 fol. 5[v]; ‘In aedibus Ch. Peutinger marmor parte una fractum’ PEUTINGER

1520 fol. 5 (inde Choler p. 17 et p. 19; Apian. 423, 2; Welser 1590 fol. 6); Accvrsivs ms.; Panvinivs cod. Vat. 6036 fol. 77; Welser 1594 p. 223 (inde Gruter 526, 1); Gercken 1, 281; ‘befindet sich noch in dem ehemaligen Peutinger'schen Hause’ Raiser 1820 p. 63, ODKr. III p. 82. ‘im Antiquarium’ 1833 p. 2; Hefner R.B.[3] n. 214; nunc in museo (C 10): Mezger catal. p. 40. — supra titulum aedicula cum protomis viri et mulieris (115×55×33 cm).

CIL. III 5836 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 21.

D · M
AELI · CRIS
NI · IVL · MA
T? ux P

debuit lapicida sine dubio *Crispini* incidere (fortasse PI olim fuit in margine); nomen coniugis potest fuisse *Mattua*.

d(is) m(anibus) Aeli Cris⟨pi⟩ni Iul(ia) Matt⟨ua? ux⟩or . . . . . .

---

149. Augsburg. reperta ‘bei Gelegenheit des Abbruches des . . . ehemaligen Imhof'schen Hauses’ am Obstmarkt et dono Riedingeri illata museo Augustano (C 37): Jahresber. d. hist. Ver. Schwaben 1863/4 p. IX et XLIV; saxum altum adhuc 74 cm, latum et crassum 61 cm.

CIL. III 5837 cont. Mezger et Hirschfeld (p. 1853); recognovi; v. tab. 21.

SSIM
AQVILIVS
PIPERASMA
RITVS FEC

fuerit: . . . . . *⟨coniugi car⟩issima⟨e⟩ ⟨M.⟩ Aquilius Piperas maritus fec(it).*

---

150. Bergheim non longe ab Augsburg. ‘bei Menschengedenken immer in der Kirchhofmauer zu Bergheim eingemauert . . . für den Grabstein eines . . . alten Pfarrers gehalten . . . i. J. 1818 . . . sorgfältig gereiniget . . . und . . . mit herauswärts gekehrter Schrift wieder eingesetzt’ I. A. Walter parochus apud Raiser 1823 p. 15, qui addit monumentum iam antiquario missum esse; ODKr. I p. 71, III p. 82; Hefner R.B.[3] n. 238; nunc in museo (C 19): Mezger catal. p. 46. — ara calcarea (85×58×47 cm); pes et caput restituta; in lateribus nuces pineae.

CIL. III 5838 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 21.

D · M
M · BVCCINIO
TACITO
VIXIT · AN · LXXX
P · ET · H · F · C
ET · IVL · MA
RINO

accipe: *D(is) M(anibus): M. Buccinio Tacito, vixit an(nis) LXXX, p(atronus) et h(eres) f(aciendum) c(uravit) et Iul(io) Marino*; haec ultima post addita esse consentaneum.

---

253. Dünzlau. ‘Proxime Angilostadium in ripa Schutari vestigia monumenti visuntur: ibi hic lapis ostenditur’ Aventinvs ann. cod. 282 fol. 137, ed. II 2 p. 151; inde Apianus 441, 4 (Smetius 149, 13) et Pighius cod. mus. fol. 9 et Gretser, Philippi . . . de divis tutelaribus (1617) p. 560. ‘Dinzclaui prope Ingolstadium’ Welser 1594 p. 260. ‘unter einem Wall bei Dinzlau gefunden’ Buchner Teufelsmauer 1 (1818) p. 86. Grassegger Neuburger Wochenblatt 1822 n. 5 p. 35 (inde Raiser, ODKr. 3, 15). Hefner Oberbayer. Arch. 7 p. 376; Abh. d. Münch. Ak. I. Kl. IV (1846) p. 148; R. B.^{3} n. 46. — lapis (50,5×67 cm) extat in ecclesia parieti occidentali immissus; in fundamentis eiusdem muri a parte externa cernuntur partim terra celatae duae protomae virorum togatorum (v. tab. 34), quorum alter manu tenet cornu parvum. utraque protoma spatium explet 68×65 cm, longitudo lapidum est 98 cm: ergo non erant cippi. infra alterum positus est tertius lapis quadratus (50×66×102 cm), qui potest ab aliqua parte nunc abdita inscriptionem habuisse. omnes mea causa inspexit Fr. Winkelmann. hi omnes lapides tum cum ecclesia restaurabatur videntur loco moti esse, nam Grassegger l. l. non memorat nisi titulum Augustani et ‘das Brustbild eines Römers in der toga . . . verkehrt in die äußere Kirchen-

Wand eingemauert'. item Buchner, Teufelsmauer 3 (1831) p. 28 'beim Eingang an der äußern Mauer sieht man das Brustbild des Mercur in Stein gehauen und aus Vorsatz (so erzählt der Messner), weil der Mann ein Heide war, umgekehrt eingemauert'. — mero errore huc rettulit lapidem C. Togionii Cupiti Salzburgensem (CIL. III 5533) Buchner l. l. p. 29 nota.

CIL. III 5904 ex prioribus; contuli; v. tab. 34.

MERCVRIO
TEMPLVM
EX·VOTO·SVS
CEPTO·CL·AV
GVSTNVS
L·L·M

titulus plenus; lectio certa.

accipe: *Mercurio templum ex voto suscepto Cl(audius) Augustanus l(aetus) l(ubens) m(erito).*

'in pago Oebel (Egweil), qui trans Scutarum exiguo spatio a Nassenfelsio distat, aiunt nonnulli extare ibidem veteres inscriptiones, quas ego non vidi' Gretser l. supra l. p. 562; non iam adesse testis est Winkelmann.

---

254. Pietenfeld prope Eichstätt. 'in der Kirchhofmauer Überreste von einem römischen Grabstein mit T·CASTI FIL·' Raiser Drusomagus (1825) p. 65. male 'und auf einem zweiten von Graßegger entdeckten Steine die fast verwischten Brustbilder eines römischen Ehe-Paars' idem ODKr. III p. 17 (nam unum idemque erat monumentum). Hefner R. B.[3] n. 365. — lapis mutilatus (deest tituli pars inferior fere dimidia), adhuc 90×50 cm, habet in capite protomas viri et feminae ut videtur, servatur nunc in museo Eichstätt cura Winkelmanni. lectio quam maxime impedita.

CIL. III 5917 = 11910 (= Eph. epigr. IV n. 620); descripserunt Ohlenschlager et Winkelmann; contuli: v. tab. 35.

. . . . . .
A ACIVI
ETIRICASTEL

iuxta simam superiorem adfuisse possunt D M

v. 1 prima potest fuisse R. v. 2 primae nil obstat quin fuerint ET. quae sequuntur tres plane incertae.

255. Gaimersheim prope Ingolstadt. repertus 'beim Abbruche der Kirche in Gaimersheim im Jahre 1854' una cum fragmento 'Rest einer sehr mittelmäßig gearbeiteten Merkurstatue, als welche diesen Rumpf der gut erhaltene Schlangenstab kenntlich macht. . . . Die zwei . . . Denkmäler, die auf dem Kirchhofe in G. liegen, besah ich am 4. Aug. 1856' Hefner Oberbayer. Arch. 16 (1856) p. 112. 'in den alten Kirchenmauern zu Gaimersheim im März 1854' Anonymus in scheda servata in archio societatis historicae Würzburg, in qua insunt titulus et delineatio fragmenti Mercurii (v. tab. app.) inventi 'in den Grundmauern der alten Kirche zu G. . . . am 3. April 1854'. — lapis undique laesus nunc extat immissus muro coemeterii antiqui occidentali a parte interiore, altus fere 110 cm; in capite trigonali luna inter delphinos, infra in spatio quadrato alto fere 32 cm protomae tres; infra titulus in spatio fere 60×60 cm.

CIL. III 5905 (descr. Halm) = 11906 descr. Hirschfeld; recognovi; v. tab. 35.

D · M
RIDA[V]S·VET
C[V]RV[N]V·A·L[VNAE]
[N]A[T]RONE·C[O]N
R[I]ATI[S]//////
// [C]E[S] //

lapis fractus post v. 6. lectio totius quam maxime impedita, cum superficies undique adrosa sit. sic legit Anonymus a. 1854

D M
RIDAVS·VEI
GRVNVAI[VNAE]
MARONI CoI
MAIVNREI
SE

interpretatio non certa. sic fere accipio: *D(is) m(anibus). Rida⟨t⟩us vet(eranus) cor(tis) ⟨I?⟩ V⟨i⟩n(delicorum) v(ixit) a(nnis) LXXXX. Matrone con(iugi), Ri⟨d⟩ati f(iliae), . . . (nomen mariti) . . . ⟨h(ic)⟩ e(st) ⟨s(ita)⟩.* lapis positus esse videtur primum veterano illi nonagenario, postea additum esse nomen filiae. certe in v. 6 fuit quod dedi; falso [I]SE Hirschfeld.

---

256. Etting prope Ingolstadt. rep. 2 sept. 1627 in ecclesia sub tumba latericia quae sancti alicuius putabatur 'saxum grande sepulchrale . . .

ipsa iam antiquitate putrefactum et rimis fatiscens fracturisque ita ut operarii edicerent, nulla industria nisi per innumeras partes eximi posse, ut etiam postea compertum est. Itaque repurgatum et diligenter aquis ablutum est, ut scripturae litteraeque tantò euidentius legi possent quae incisae erant. Saxum ipsum longitudine sex habebat pedes et semis, sicut et tumba illi superposita, latitudine pedes quatuor, densitate pedem unum circiter. Forma et inscriptio, quantum adhibitis uarijs et modis et lectoribus legi potuit, fuit ut sequitur . . . Hoc lapide frustatim sublato et in coemiterio post templum comportato, inuentae sunt primi sancti reliquiae' Relatio de quinque sanctis Exulibus in Öttingen etc. (autographon P. Georg Stengel S. J.) cod. Mon. lat. 26473 fol. 19^{V}. egi de hac relatione Sitz.-Ber. d. Bayer. Ak. d. Wiss. I. Kl. Jahrg. 1911 Abh. 13 et dedi ex eodem codice duas lapidis picturas, alteram repetivi infra in tab. 35. 'Nicht weniger ist der grosse Grabstein . . . von den Wallfahrern Stücke weiß zerschlagen, in gar kurtzer Zeit auß Andacht völlig vertragen worden' Ioan. Franc. Benno Wurm Glückseeliges Elend, das ist das Leben der . . . drey Elenden Heiligen Archi, Herennei, Guardani . . . Ingolstadt 1677 p. 75. ex Wurmio libello titulum repetiverunt partim pravissimis additis supplementis F. X. Mayer Verhandl. d. hist. Ver. f. d. Regenkreis 1 (1832) 158 ss. Raiser, ODKr. III (1832) p. 22 nota 39; Stälin, Gesch. Würtembergs I (1841) p. 54 n. 240; Hefner Oberbayr. Arch. 7 (1846) p. 375; R. B.^{3} n. 228.

CIL. III 5909 (ex libro Wurmii); periit; v. tab. 35.

D
HERENNO
SECVNDO
DVPLVVIO
CSLC VIX
EIVVAEAN
VAGVSHIC

titulus descriptus ab rei epigraphicae imperitis plene restitui non quit. v. 1 fuit *D(is) M(anibus)*. 2 fuerit HERENNO. 4 potest fuisse DVPLARIO. 5. 6 non intelleguntur; desideratur quale *Coh.* vel *leg.* alicuius, nisi subest *alae I Flaviae c. R.* i. alae Köschingensis. 7 aut IAN|VARIVS aut nomen celticum in *-uacus* desinens; finem versus *h(eres) f(aciendum) c(uravit)* recte interpretatus est Ohlenschlager.

256^{AB}. Oberstimm prope Ingolstadt, in agro Dangl reperta a. 1909. photographa mihi misit Witz.

A) 'Gelbbrauner Ton. 6 mm dickes Bruchstück eines Kruges. Auf der Wandung' [litteris cursivis, fere 6×7,5 cm] Witz Sammelbl. d. h. Ver. Ingolstadt 33 (1911) p. 27 cum imagine; cf. Barthel VI. Ber. d. röm.-germ. Komm. für 1910/11 (1913) p. 160.

v. tab. app.

TVRM
CRIIS

B) 'Zwei hellrote Scherben, wahrscheinlich von einem Krug, 6 mm dick' [fere 7×12 cm]; ed. Witz ibidem cum imagine.

v. tab. app.

T·SEXTNI

fragmentum prius certo intellegendum est *turm⟨a⟩ Cres⟨centis⟩*, etiam alterum item videtur interpretandum *t(urma) Sextini*, alae, nescimus cuius.

---

257. Kösching. fragmentum marmoreum (20×63×5 cm), fractum ab altero latere breviore, a ceteris serra abscisum, repertum a. 1906 'an der südlichen Abschlußmauer des . . . Praetoriums' Fink, 'beim Ausheben des Grundes für ein Schulhaus auf der Südseite der Kirche' ORL. servatur Monaci in museo nationali (Inv. 3762): edidit Fink Corr.-Bl. d. Westd. Zeitschr. 26 (1907) p. 65; Fabricius ORL. 74 p. 24 s. — lapis ab utraque parte eiusdem inscriptionis partes fere diversas exhibet: titulus a) litteris bonis altis 6,6 cm, titulus b) litteris partim malis et coartatis ligatisque minoribus (fere 5,5 cm). titulus b) autem recentior est, namque apparet deleto nomine Domitiani eum in usu fuisse etiam a. 96 vel 97. videtur autem prior titulus, qui fortasse iam Romae sculptus erat, ideo renovatus esse (ut bene coniecit Fabricius), quia maior erat spatio supra portam destinato, nam novus titulus versus habuisse videtur multo (fere 50 cm) breviores quam prior. notandum praeterea quod minii vestigia adsunt in litteris tituli b), non in a).

a) litterae altae 6,6 cm; titulus a laeva integer.

Imp. Tito Caesare divi Vespasi
a NIIVESPASIA *no Aug. pontifice maximo*
TRIB·POT·VIIII·IMP *XV cos VIII p. p. censore et*
CAESARE·DIVI·VES *pasiani f. Domitiano cos. VII*
COLLEGIORV *m omnium sacerdote*

b) litterae altae 5 cm, in quibus minii multa supersunt vestigia; titulus a dextra integer.



in v. 2 litterae DOMI consulto deletae sunt.

castelli portae igitur anno 80 ante kal. Iulias hic fere titulus praefixus fuerit (supplevit Fabricius, v. 5. 6 ego)

Imp(eratore) Tito Caesare divi Vespasiani f(ilio) Vespasiano Aug(usto)
pont(ifice) max(umo), trib(unicia) pot(estate) VIII, imp(eratore) XV, cos(ule) VIII, p(atre) p(atriae), censore
et Caesare divi Vespasiani f(ilio) Domitiano cos(ule) VII, collegiorum omnium sacerdote,
proc(urante) C. Saturio ⟨....praef(ecto) eq(uitum) ala ..... castellum munivit

de C. Saturio v. ad n. 196; ante eius nomen non recte opinor *proc(uratore)* explevisse Fabricium.

---

258. Kösching. ‘Inueni in vico Keschingen ... ubi uestigia extant veteris civitatis Anno salutis 1509 in sacello diui Petri’ AVENTINVS vetust. cod. 967 fol. 5. ‘Inveni in vico Kessingen superiore’ cod. 281 f. 4^{v}+5. ‘In Kesching prope ingolstadium’ fol. Oefel. cf. ‘non longe ab Angilostadio inveni anno Christi 1509’ appendix gramm. ed. I 2 p. 575: fere ubique Avent. male explevit titulum iam tum lacerum. melius eundem dat ann. cod. 282 fol. 138. ‘In pago Keschingen non procul ab Ingolstadio in limine templi’ BOISSARD ms. p. 526. ‘Keschinga ... Templum d. Petro dicatum iuxta arcem situm, in quo aliquot marmora cum Romanis inscriptionibus’ seq. n. 259 ‘in rub. libello meo’ tum n. 258 ‘in limite [sic] templi, nunc in pariete erectus’, tum n. 260 ‘ante aedes civis ibidem’ adiectis tribus delineationibus PHIL. APIANVS p. 170. ‘ad S. Petri’ GRVTER 1022, 9 ex schedis Velsero missis; ‘parieti sacelli S. Petri prope ianuam sive ingressum immissum’ GEWOLD delin. vet. Norici (1619) p. 73; inde ab anno 1808 in antiquario Monacensi: BERNH. STARK Köschinger Denkstein (1824) cum imagine; inde Raiser ODKr. III p. 25, alii; HEFNER Oberbayer. Arch. 3, 255; 6, 210; R.B.^{3} n. 124; Orelli 843; ORL. 74 p. 25 s. — tabula marmorea (fere 96×73×15 cm); simae extant superior et inferior, fractura perierunt laterales cum angustis tituli partibus. servatur Monaci in museo nationali (catalog. IV n. 757).

CIL. III 5906: contulit Mommsen; recognovit Hirschfeld (11907); relegi; v. tab. 35.



accipe:

⟨i⟩mp(eratori) Caes(ari)
divi Ha⟨dri⟩ani fil(io), divi Tra⟨iani⟩ nepoti, divi Nerv⟨ae p⟩ronepoti,
T. Ael(io) ⟨Had⟩riano Anton⟨ino A⟩ug(usto) Pio,
p(atri) p(atriae), pon⟨tifici⟩ m(aximo), trib(unicia) ⟨pot(estate)⟩ IIII, c⟨os(uli)⟩ III al(a) I Fl(avia) c(ivium) ⟨R(omanorum)⟩.

8 ‘legendum omnino AL·I·FL·C·R’ Mommsen, qui de ala egit etiam Eph. epigr. II ad n. 1000; atque ita erit legendum licet spatium numero amplius videatur; cf. etiam n. 259 et Ritterling apud Fabricium ORL. 74 p. 26, qui de ala I Fl. c. R. agit.

---

259. Kösching. ‘Ibidem 1517’ (praecedit n. 260) AVENTINVS vetust. cod. 967 fol. 4^{v}; ‘subsequens in ara est, elisis quibusdam literis’ ann. cod. 282 fol. 138; ed. II 1 p. 152. ‘ligt auf dem altar, ist ain loch (wie man pflegt) darein gehaut zu dem heiltum und pain’ Chron. ed. IV 2 p. 692, 11; ex Apiano (441, 6) Gewold delineatio vet. Norici p. 73, quamquam ipse vidit lapidem a. 1617. ‘in S. Petr.’ e Velseri schedis Gruter 1031, 1. non vidit Raiser ODKr. III p. 26. ‘befindet sich noch heut zu Tage in der St. Peterskapelle in K., am Hochaltare, als Altarstein benützt’ HEFNER R.B.^{3} n. 197. — extat ibidem ita positus ut litterarum capita, non pedes intuenti occurrant, quare lectio impeditur, nec bene luce excipi potest. mensurae sunt: 61×134×11–12 cm. luce reddendum curavi ectypon mihi a Fabricio liberaliter transmissum.

CIL. III 5907 (ex prioribus) = 11908 descr. Ohlenschlager; recognovi et lapidem et ectypon: v. tab. 36.



accipe: *D(is) m(anibus)*: *Iul(ius) Genialis, Senilis (filius) c(ivis) Me . . . m., vet(eranus) al(ae) I Fl(aviae), vix(it) an(nos) LX . . .*; *Lillus h(eres) ⟨f(aciendum)⟩ c(uravit)*.

v. 3 *Me⟨dio⟩m⟨at(ricus)⟩* explevit Leonhard, quod si fuit, scriptum erat MEPIOM v. 4 post VET·A cernuntur capita trium litterarum, L et I et F.

260. Kösching. ‘Repperi in vico Keschingen, ubi vestigia civitatis antiquae visuntur, quam olim praeterfluxit danubius quinque milibus passuum ab ingolstadio Abest. 1509’ AVENTINVS vetust. cod. 967 fol. 4 et similiter cod. 281 fol. 3 & fol. Oefel.; ann. cod. 282 fol. 138; ed. II 1 p. 152; Chron. IV 2 p. 692; appendix gramm. ed. I 2 p. 575. ‘Keschingen ante aedes cuiusdam rustici’ BOISSARD ms. p. 527. ‘ante aedes civis ibidem’ cum delineatione PHIL. APIAN. p. 170 (vide ad n. 258). ex Aventino: Apian. 441, 5; Gewold, del. Nor. p. 73 qui vidisse se ait a. 1617; Gruter. 713, 2; Raiser ODKr. III p. 26; Hefner R.B.[3] n. 224; ORL. 74 p. 27.

CIL. III 5908 ex prioribus; periit; v. tab. app. (ex Ph. Apiano).

D M
M VARIꝰS
MONTANN
NVS VAXXII
VAR GEMI
NA MATR
P C

2 ꝰS sic Aventini codd. 4 XXII Aventin., Ph. Ap., XXI Boissard. 5 GEMI sic Aventini vetust. codd., G MI fol. Oefel., GEMIN Ph. Ap. 6 MATR trad., fuerit MAER vel MATER.

accipe: *D(is) M(anibus)*: *M. Varius Montaninus v(ixit) a(nnis) XXII*; *Var(ia) Gemina mat⟨e⟩r p(onendum) c(uravit)*.

260[A]. Kösching. tegula (40,5×40,5×5,3 cm) reperta a. 1891 prope castellum in hypocausto: FINK Corr.-Blatt der Westd. Zeitschr. 10 (1891) p. 215; ORL. 74 p. 40 Ziegel 2. extat Monaci in museo nationali.

CIL. III 12000 cont. Hirschfeld; recognovi; v. tab. 37.

graphio scripta

GII
MIILL
VSGII
MIILL
IIFILIVS

Gemellus Gemelle (vulgariter pro *-lli*) *filius*.

260[B]. Demling prope Kösching. ara ‘aus Dolomit’, alta 130 cm, lata 58 cm, in capite anaglyphon cenam reddens, reperta a. 1911 in ecclesiae muro meridionali ad dextram partem portae. antea sub calce latuerat. mihi descripsit et ectypon fecit Fr. Winkelmann; ed. FABRICIUS ORL. 74 p. 28. — in eiusdem ecclesiae angulo boreali extat aliud anaglyphon (60×65 cm), quo item cena depicta est: cf. HEFNER Oberbayer. Arch. 16 (1857) 112; FR. WEBER Vorgesch. Denkmale Bayerns I (1909) p. 71; ORL. n. 74 p. 28s.

— descr. Winkelmann, recognovi ectypon; v. tab. 36.

T·LIV·VEN
TINVSNI HE
V A L
CENSOR
INVSF A
F C



accipe: *T(itus) Liv(ius) Ventinus, n⟨a⟩ti(one) He(duus?), v(ixit) a(nnos) L*; *Censorinus fra(ter) f(aciendum) c(uravit)*: *o(pto) s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)*.

v. 1 *Aventinus* dubitans legit Fabricius, non recte opinor. idem in v. 2 vult intellegi *natione Helvetius*, incertum. cf. tamen *aquis He(lveticis)* n. 424[A] Riese, Germ. Inschr. 2020ss.

Miliarium rep. Kösching v. n. 487.

261. Pföring. ‘In pheringen vico inueni Anno 1507. ibi extant vestigia civitatis veteris ac Arcis, vulgo pynburgio nuncupant’. AVENTINVS vetust. cod. 967 fol. 3 et similiter cod. 281 fol. 2[V]; ann. cod. 282 fol. 138[V], ed. II 1 p. 152; Apian. 442, 2: titulus semper fere isdem cum mendis exhibetur. ex Aventino: Pighius cod. mus. fol. 33; Grut. 87, 6. Donat. 59, 5; Gewold

del. Nor. p. 101; Raiser ODKr. III p. 30; Hefner R. B.³ n. 114; Orelli 1794. — lapis postea immissus fundamento horrei alicuius latuit usque ad a. 1892: Fink Monatsbl. d. hist. V. v. Oberbayern 1892 mai. p. 9; ORL. n. 75 p. 19, 2; nunc servatur Monaci in museo nationali: catalog. IV 772ª p. 265. ara est marmorea (136×87×45 cm); litterae altae in v. 1 cm 10, alias cm 8–7,5.

CIL. III 5910 (ex prioribus) = 11909 rec. Mommsen; contuli; v. tab. 37.

CAMPEST·ET·
EPONAE·ALA·I
SING·P·C·R·Q·IIIRIII
AEL·BASSIANVS
5 PRAEF·V·S·L·L·M

v. 3 in fine lectio non certa, potest fuisse PRE.

intellege: *Campest(ribus) et Eponae ala I sing(ularium) p(ia) f(idelis) c(ivium) R(omanorum), qui* (i. *cui*) *prae(est) Ael(ius) Bassianus praef(ectus), v(otum) s(olvit) l(aetus) l(ubens) m(erito).*

---

262. Ettling prope Pföring. ʻin praetorio Aetolingonumʼ Aventinvs ann. cod. 282 fol. 138ᵛ in margine additus; ann. ed. II 1 p. 152; Apian. 442, 1; inde Pighius cod. mus. fol. 9; Gruter 51, 6; Raiser ODKr. III p. 31; Hefner R. B.³ n. 58; ORL. n. 75 p. 19, 3.

CIL. III 5911 ex Aventino; periit.

INHONORDD
EMPVETVSTAE
CONLABS/MCR
NEL·ROGATV
5 PRAEFCHIMLS
SVISQVE/CONI
MEEREST

reddidi exemplum cod. 282 annalium; in v. 1 Apian. male addidit EMERCVRIO omisso EMP. 2 EMP ex EMR corr. Av. v. 5–7 ab Aventino male lecti sunt, quem de formula *sibi suisque* et de *coniuge merita* cogitasse iam Mommsen monuit; mihi tale quid subfuisse videtur *praef. coh. I... impens(is) suis reformavit et rest(ituit).*

cetera sic legenda: *In honor(em) d(omus) d(ivinae) templ(um) vetustate conlabs⟨u⟩m Cornel(ius) Rogatu⟨s⟩ praef(ectus) coh(ortis) . . . .* nomen dei in alio lapide supra posito infuerit. cohors potest fuisse *I Fl. Canath. mil(iaria).*

---

263. Biburg prope **Pföring.** ʻFinder ist der Gastwirth Ignaz Busch zu Pf., welcher durch Verbesserung seiner außerhalb der Biburg liegenden Äcker von der Terassen Erde abgraben ließ und bey dieser Arbeit den fraglichen Stein . . . aushobʼ Gerstner in epistula data 28. nov. 1843 (Cod. Mon. Hefneriana 1 s. v. Pföring). Bair. Eilbote 1843 n. 143 p. 1153; n. 145 p. 1170. Hefner Oberb. Arch. 5 (1843) p. 288 et 7 (1845) p. 410 et Abh. Münch. Ak. I Kl. IV (1846) p. 181 et R. B.³ n. 123 (inde Henzen 6712); ORL. n. 75 p. 18 n. 1. — tabula ansata ex calce (65,5×81 cm) nunc extat ad murum sacelli Sebastiani iuxta ecclesiam vici.

CIL. III 5912 ex prioribus (cf. p. 1855); contuli; v. tab. 39.

IMP CAESARI DIVI·
HADRIANI FIL DIVI TR
NEPO TITO AEL HADRI
ANO ANTONINO AVG
5 PIO PONTIF MAXIMO
PP CONSVL III TRIBVN
POT IIII ALA I SINGVLAR p. Chr. 141
P F C R

accipe: *Imp(eratori) Caesari, divi Hadriani fil(io), divi Tr(aiani) nepo(ti), Tito Ael(io) Hadriano Antonino Aug(usto) Pio, pontif(ici) maximo, p(atri) p(atriae), consul(i) III, tribun(icia) pot(estate) IIII, ala I singular(ium) p(ia) f(idelis) c(ivium) R(omanorum).*

---

264. Pföring. rep. a. 1903 ʻkam beim Umbau der Pfarrkirche zu Tage; er war der Schwellenstein am nördlichen Eingang; glücklicherweise war die Inschrift nach unten gerichtetʼ Fink per litteras. ed. idem Blätter f. d. (bayr.) Gymn.-Schulwesen 39 (1903) p. 721 s. — tabula calcarea ansata (titulum a lateribus duo genii fulciunt) alta 43, lata 122,5 cm, deest pars inferior tituli et geniorum pedes, servatur cum n. 263.

—; descripsi; v. tab. 37.

PRIM·SATVRNINVS
EX·DEC AL·AVR·M·H·M
IVL·VICTORINÆ·VXO
PRIM·SATVRNINAE

intellege: *Prim(ius) Saturninus ex dec(urione) al(ae) Auri(anae) m(issus) h(onesta) m(issione) Iul(iae) Victorinae uxo(ri), Prim(iae) Saturninae ⟨filiae et sibi vivus vivis f(ecit)⟩.*

---

265. Forchheim prope Pföring. ʻInveni in sacello diui Stephani in pago Vorchaim proxime vicum pheringen danubianum XII milibus

passuum ab ingolstadio Anno salutis 1507' AVENTINVS vetust. cod. 967 fol. 3 et (minus accurate) cod. 281 fol. 2; cf. et ann. cod. 282 fol. 138^{V}, ed. II 1 p. 152; Chronik IV 2 p. 693 (hic tit. corruptus et male versus); Apian. 441, 7. ex Aventino posteriores, ut Gruter 920, 7; Gewold del. vet. Nor. p. 101; Raiser ODKr. III p. 31; Hefner R.B.^{3} n. 285; ORL. n. 75 p. 19, 4, qui male omnes (etiam Mommsen) vico Pföring attribuunt, decepti ipsius in annalibus Aventini verbis.

CIL. III 5913 ex Av. cod. 281; periit.

D M
PEMPTE·NĀ
DALMATA VIX
AN XXV

v. 2 in cod. 967 male punctis sic divisus: P·E·M·P·T·E·NĀ.

accipe: *D(is) M(anibus)*: *Pempte*, *nat(ione) Dalmata*, *vix(it) an(nis) XXV.*

---

266. Irnsing non longe a Neustadt a. D. — 'In irnsing Anno dni 1517' AVENTINVS vetust. cod. 967 fol. 2^{V}. 'In campis arvoque prope Phoron, vicum Danubianum et Oetolingonas arcem, ubi Celsus oritur vestigia extant; Pinoburgium adcolae vocant . . . ibi reperi lapides romanis literis inscriptos' (secuntur n. 266. 267. 265. 261. et in margine additus n. 262) ann. cod. 282 fol. 138^{V}, ed. II 1 p. 152; cf. Chronik IV 2 p. 692. Apian. 441, 6 (inde Gruter 882, 10); Jaeger, Verh. d. hist. V. f. d. Regenkreis 2 (1834) p. 264; Raiser ODKr. III p. 31; Orelli 4973; Hefner R.B.^{3} n. 199; ORL. n. 75 p. 19, 5: omnes, etiam CIL., locum non accurate definiunt.

CIL. III 5914 ex Av. ed.; periit.

D M
LOCEANEOLO
MAXIMILLIO
MIRIOCIVICA
5 NAE AN XX
MRENIACC

descripsi ad versus et litteras cod. 967. 3 MAXIMILLO Av. cod. 1567 et Ap. in v. 6 Aventinus ipse voluisse et legisse videtur *Narenia* (ita Ap. et Chron.), non *Marenia* (sic cod. 282).

titulus plane corruptus: *L. Octavio L. f. Maximillo patri Octavi* . . . coniecit Mommsen non probabiliter. temptavi: *Lucianeolo* (ut sit signum) *Maximillio Myrino civi Canat(h)e(no) an(norum) XX Narenia co(niugi).*

267. Forchheim prope Pföring. 'Eodem (cf. n. 265) sacello Vorchaim Anno dni 1514 Reperi' AVENTINVS vetust. cod. 967 fol. 3^{V}; cf. ann. cod. 282 fol. 138^{V}, ed. II 1 p. 152 (v. ad n. 266); Chronik IV 2 p. 692; Apian. 441, 9 (inde Gruter 838, 4); Gewold del. vet. Nor. p. 101; Raiser ODKr. III p. 31; Hefner R.B.^{3} n. 262; ORL. n. 75 p. 19, 6; omnes (ut etiam CIL.) loco non accurate indicato.

CIL. III 5915 ex editionibus Aventini; correxi ad cod. 967; periit.

VAL VALLESINÆ
CONIKARISSIMÆ
INISOMÆ ARABI
VAL FLORVS CON
5 IVGI FITEM SIBI
V F

dedi lectionem codicis 967; ipse Aventinus coeperat antea eodem loco scribere n. 227, sed delevit; inde apparent lineae transversae, ut facile in errorem inducaris eum, ut putes delevisse Aventinum in titulo postea superscripto in v. 1 NÆ, totum versum 2 praeter CO primas et in v. 3 INISOMÆ, intactum reliquisse ARABI; inde editiones scripserunt in v. 1 VALVALLESIAE et v. 2 et 3 omiserunt.

accipe: *Val(eriae) Vallesinae* (? *Valerianae*?) *coni(ugi) karissimae incomparabi(li)*; *Val(erius) Florus coniugi f(ecit), item sibi v(ivus) f(ecit).*

quod repetitur *coniugi*, id fit propter *item* quod adnectitur.

---

268. Pföring. tabella argentea ansata (fere 2×3 cm) armillae argenteae appendix, reperta aug. 1893 in castello Biburg in aedificio B iuxta principia: I. FINK Limesblatt 6 (1893) p. 189 n. 58; ORL. n. 75 p. 15 cum bona imagine; servatur Monaci in museo nationali; litterae feriundo perscriptae.

CIL. III 13544 descr. Hettner; contuli; v. tab. 37 et melius tab. 33.



accipe: . . . . *ius imag(inifer) ⟨fe⟩cit letu(s) ⟨lu-ben⟩s genio.*

in v. 3 N correcta ex C.

269. Pföring. litterae singulae aeneae inauratae, altae 9 cm, olim affixae tabulae lapideae, (pars extat, cui adhaeret adhuc una I: v. ORL. n. 75 p. 20,8) repertae a. 1843 cum lapide n. 263: Bayr. Eilbote 1843 n. 143 p. 1153; Ohlenschlager Sitz.-Ber. Münch. Akad. 1887 p. 195 not. 2; ORL. n. 75 p. 15 (v. tab. III fig. 17–23). servantur cum tabula in museo hist. Verein für Oberbayern, Monaci.

CIL. III 11917.

I I I I VARN

his litteris non dubium quin composita fuerit inscriptio portae alicui castelli superposita.

269A. Laimerstadt. ‘auf dem Rücken des Pfalranken [Teufelsmauer] eine Stunde vom Anfang desselben an der Donau aufwärts, etliche hundert Schritte nördlich vom Dorfe Laimerstatt, wo jetzt ein sogenanntes Wetter- oder Etterkreuz aufgerichtet ist . . . es trafen daselbst zwei römische Seitenstrassen von der Donau an dem Pfalranken zusammen . . . der Aufsatz oder das Kapital des nur noch in seinen Trümmern vorhandenen Steinmonumentes hat die Form, wie sie in der beiliegenden Abzeichnung gegeben wird. Die sehr wahrscheinlich in der Mitte des Steines vorhanden gewesene Hauptschrift ist, meiner Vermutung nach, in späterer christlicher Zeit ausgehauen und dafür ein Christusbild eingemeißelt worden. Auf den beiden Seitenwänden aber ist eine noch ziemlich gut erhaltene römische Lapidarschrift zu lesen’ Fr. X. Mayer Verh. d. hist. Ver. f. d. Regenkreis 1 (1832) p. 88 cum imagine; inde CIL. III 5916.

in latere sinistro		in latere dextro
VI / /		VIAR
LAS /		VING /
IVN /		SINP /
/ IN		NOST
ISHA	5	/ VS

‘vereor ut sit aetatis Romanae’ Mommsen adnotat. et forma monumenti (cubus aequalis) qualem Mayeri monstrat delineatio et inscriptio, ex qua Mayer Iunium quendam Rufinum vallum Hadriani exstruxisse concludit, abhorrent ab usu Romano. nec se nec quemquam post Mayerum vidisse mihi testis est Ohlenschlager.

---

270. Pfünz. tabula ahenea ansata (8×12 cm) litteris punctim scriptis, reperta a. 1887 in ipso templo Iovis sito iuxta castelli portam decumanam: Arnold Münch. Allg. Ztg. 2. Beil. 17. Jan. 1889; Beiträge zur Anthrop. 8 (1889) p. 187 cum optima imagine tab. XV; Christ Westd. Corr.-Bl. 8 (1889) p. 71; Winkelmann Eichstätter Sammelblatt 3 p. 65; ORL. n. 73 p. 62 Bronze 1. servatur Eichstätt in museo.

CIL. III 11926 recogn. Hirschfeld; contuli; v. tab. 37.

I · O · M ·
DOLOCENI ·
DEMITTIVS ·
SACERDOS ·
D · D ·

accipe: *I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Doloceni Demittius sacerdos d(ono) d(edit).* tabella affixa fuerit anathemati nescio cui.

---

271. Pfünz. tabula ahenea ansata lacera (4,4×9,4 cm) reperta cum n. 270 servatur ibidem: Arnold; Christ; Winkelmann v. ad n. 270; ORL. n. 73 p. 62 Bronze 2.

CIL. III 11927 descr. Hirschfeld; contuli; v. tab. 37.



I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Duliceno ubi fer(r)um ⟨nascit⟩ur. litterae T et F (vix E) in ansis quid sibi velint nescimus: nomen esse eius qui dedicavit coniecit Mommsen. de formula *ubi ferrum nascitur* (item CIL. VI 5 n. 423* cf. et III 1128) v. Zangemeister, Bonner Jahrb. 107 (1901), 62; Kan, de Iovis Dolicheni cultu diss. Groningen 1901 p. 26; Cumont Pauly-Wissowa’s R.-E. V 1279; Winkelmann in ORL. ad t.

---

272. Pfünz. fragmentum tabellae ut n. 270 et 271 repertum ibidem: ORL. n. 73 p. 62 Bronze 3; servatur cum n. 270.

CIL. III 11928 descr. Hirschfeld; contuli; v. tab. 37.



---

273. Pfünz. ‘in sacello [scil. Nicolai] super Altmullam fluvium non procul ab Eystadio’ Boissard cod. Paris. p. 529. ‘Vom Pfinzenberge . . . schleppte der dortige Schmid (einen Inschriftstein) unversehrt herab um sich seiner als eines Antrittes vor seiner Hausthüre zu bedienen.

Jetzt ist er . . . in einem Gange des Jesuiten-Kollegiums hinterlegt' Fr. A. Mayer Fundorte röm. Münzen (1824) p. 43. 'i. J. 1809 . . . bei dem Schmied zu Pfünz als die Unterlage einer am Hause von außen angebrachten Stiege entdeckt, demselben abgekauft, und nach Eichstädt gebracht . . . lag in einem offenen Durchgange des damaligen Königl. Schlosses . . . 1817 . . . in das Lokale der k. Bibliothek zu Eichstädt im ehemaligen Jesuiten-Kollegium . . . jetzt in der Sammlung der römischen Alterthümer zu Augsburg aufgestellt' Raiser Drusomagus (1825) p. 54; ODKr. III p. 18 (inde Orelli 4972); Grotefend in Seebodes Krit. Bibl. N. F. 1 n. 46 p. 366; Hefner R. B.^{3} n. 111; Ohlenschlager Bonn. Jahrb. 43 (1867) p. 148; Popp Beiträge zur Anthropologie Bayerns 8 (1889) tab. VIII 3. — extat in museo Augustano: Mezger catal. p. 27; ORL. n. 73 p. 28 n. 6a.

CIL. III 5918 = 11929 cont. Mommsen; recognovi; v. tab. 38.

SEDATO
SACRVM
COHIBRE
EXV·S·L
VSCAIVL
MAXIM
ODEC

primus Hefner BRE intellexit esse *Bre(ucorum)*; in v. 5 CA recte solvit Grotefend *c(uram) a(gente)*.

accipe sic: *Sedato sacrum coh(ors) I Bre(ucorum) ex v(oto) s(olvit)* vel *s(uscepto) l(ibens)*; *v(otum) s(olvit)* vel *s(olutum) c(uram) a(gente) Iul(io) Maximo dec(urione)*.

---

274. Pfünz. lapidis calcarei simati fragmentum sinistrum (fere 70×35×37 cm), repertum a. 1902 prope sacellum S. Nicolai teste Winkelmanno, servatur Eichstätt in museo.

— descripsi; v. tab. 38.



exple sic fere: *D⟨is⟩ Sil⟨vano et⟩ Sil⟨vanae⟩ C. Ru⟨fius Brad?⟩ua m(issus) ⟨h(onesta) m(issione) et⟩ Ael(ia) ⟨. . . . e(oniux)⟩ v(otum) s(olverunt) ⟨l(aeti) l(ubentes) m(erito).⟩*

275. Pfünz. fragmentum lapidis calcarei magni (nunc fere 65×60×45 cm), repertum a. 1857 in sacello Nicolai ante castelli portam praetoriam; inde ab a. 1867 in coemeterio, deinde apud Winkelmannum, nunc extat in museo Eichstätt: Ohlenschlager Bonn. Jahrb. 43 (1867) p. 150: ORL. n. 73 p. 42 n. 1.

CIL. III 5918, b = 11936 descr. Mommsen; contuli; v. tab. 38.



in initio supplet '⟨*Genio castror⟩um* vel simile quid' Mommsen; malim ⟨*Sedato sacr⟩um* cf. n. 273; cetera sic accipe: *T. Fl(avius) Rom⟨a⟩nus, Vlpia Noviomagi Bataus, dec(urio) al⟨ae⟩ I Flaviae, praepositus ⟨. . . .⟩*. addi voluit Mommsen *coh. I Breucorum* (cf. n. 291), potest etiam *castris* vel *vexillationi* . . . .

---

276. Pfünz. 'effossus in sacello [scil. S. Nicolai] super monte in pago Pfintz' Boissard cod. Gratz. fol. 16 (cf. Eph. epigr. II n. 1063); '1856 ist sie sehr verstümmelt in der Kapelle wiedergefunden worden' Winkelmann ORL. n. 73 p. 27 Stein 2; edidit Ohlenschlager Bonn. Jahrb. 43 (1867) p. 148; Sitz.-Ber. d. Bayr. Ak. 1887 p. 192; cf. Mommsen Westd. Corr.-Blatt 6 (1887) p. 160. quod superest (fere 70×60 cm) servatur Eichstätt in museo.

CIL. III 5918, a = 11931 descr. Mommsen; contuli; v. tab. 38.

Boissard:

AESDIVIH
ITAEHADA
NINOAVGP
CHTBREQ
DV·V·BISTO
CVATOBV
APPELLA
CA·I

extant



explevit Mommsen sic: ⟨*Imp(eratori) C⟩aes(ari) divi H⟨adriani fi⟩l(io) T. Ae(lio) Had(riano) A⟨nt⟩onino Aug(usto) P⟨io c⟩oh(ors) I Breucor(um) . . . V(aleria) V(ictrix) bis to⟨rq⟩uat(a) ob v⟨irt(utem)⟩ appella⟨ta⟩ . . . .*

finem versus 4 nondum recte exceperunt Hirschfeld et Ohlenschlager, in lapide est quod dedi; fuerat (v. Boissard) BRE·C® id est R parva indita O litterae, tum sequebatur vix ∞ (*miliaria*) ut voluit Mommsen, potius CR *civium Romanorum* aut *Anto(niniana)*. — cum v. 7 ultimus fuerit tituli, non liquet quid Boissard dederit ut v. octavum; an fragmentum alius lapidis?

---

277. Pfünz. fragmentum trigonale (fere 40 cm altum, latum 66 cm) tabulae litteris magnis insculptae, inscriptionis igitur portae castelli superadditae, repertum a. 1886 iuxta portam decumanam; ed. OHLENSCHLAGER Sitz.-Ber. d. Bayer. Ak. 1887 p. 191; MOMMSEN Westd. Corr.-Bl. 6 (1887) p. 161; POPP Beiträge zur Anthrop. Bayerns 8 (1889) tab. VIII 4 et p. 126; ORL. n. 73 p. 27 Stein 3; extat Eichstätt in museo.

CIL. III 11932 cont. Hirschfeld; recognovi; v. tab. 38.



cf. n. 276; explevit Mommsen; in v. 3 nullum prioris L vestigium, quae a lapicida omissa erat.

---

278. Pfünz. lapis quadratus (Jura-Kalk 69×70×35 cm) inscriptus litteris magnis (9 cm), repertus a. 1888 in ipsa porta principali sinistra: ed. WINKELMANN Eichstätter Sammelblatt 3 p. 62; POPP Beiträge zur Anthropol. Bayerns 8 (1889), tab. VIII 2 et p. 118; ORL. n. 73 p. 6 et p. 27 Stein 1; extat Eichstätt in museo.

CIL. III 11930 descr. Hirschfeld; contuli; v. tab. 38.

IMP·CAE·T
AEL·HADR
ANTONINO
AVG·PIO·
5 COHĪBR

lege: *Imp(eratori) Cae(sari) Tito Ael(io) Hadr(iano) Antonino Aug(usto) Pio coh(ors) I Br(eucorum) c(ivium) R(omanorum).*

---

279. Pfünz. tabulae harenaceae ansatae pars dextra (69×70 cm), litteris admodum extritis, reperta a. 1890 in cisterna castelli; ed. J. FINK Sitz.-Ber. der Bayr. Ak. 1891 p. 430; ORL. n. 73 p. 27 Stein 4; extat Eichstätt in museo.

CIL. III 11933 descr. Hirschfeld; recognovi; v. tab. 39.



p. Chr. 183—184

accipe: ⟨*Imp(eratori) Caes(ari)*⟩ *M. Aurel(io)*
⟨*Com*⟩*modo Anto(nino)*
⟨*Pio*⟩ *Aug(usto) Germ(anico)*
⟨*Sarm*⟩*atic(o) cos(uli) IIII*
⟨*coh(ors) I*⟩ *Breuc(orum)*
⟨*Spicio C*⟩*eriale*
⟨*leg(ato) Aug(usti)*⟩ *pr(o) pr(aetore).*

in v. 6 nomen legati adhibito titulo n. 291 primus recte legit et explevit Winkelmann; in v. 2 nomen Commodi consulto erasum.

---

280. Pfünz. fragmenta varia tabulae ansatae harenaceae impletae litteris altis 3,5 (spatium litterarum fuerit olim fere 55×75 cm), reperta: a) a. 1866 'im Schlosse', b) et e)–h) in praetorio castelli, c) in sacello S. Nicolai, d) 'im Hofe Winkelmanns als Pflasterstein'. ediderunt a) MOMMSEN CIL. III 6530; OHLENSCHLAGER Sitz.-Ber. d. Bayer. Ak. 1887 p. 183; b) et g) WINKELMANN Eichstätter Sammelblatt 5 (1890) p. 73 s.; coniunxit tum nota [falso addens n. 281 frg. a)] FINK Sitz.-Ber. d. Bayer. Ak. 1891 p. 434; omnia complexa habes [etiam d) et e)] ORL. n. 73 p. 28 n. 5; servantur nunc Eichstätt in museo.

CIL. III 11934 descr. Hirschfeld; recognovi; v. tab. 39.



p. Chr. 211

titulus sic explendus:

⟨*Imp(eratori)*⟩ *Caes(ari) M.* ⟨*Aur-*⟩
⟨*el(io) Ant*⟩*onino* ⟨*Pio*⟩
Au⟨*g*⟩⟨*usto*⟩, *Parth*⟨*ico*⟩
m⟨*axi*⟩*m*⟨*o, Britan(ico)*⟩
m⟨*aximo, pont(ifici) max(imo)*⟩,
t⟨*rib(unicia) pot(estate)*⟩ *XII*⟨*II, procos(uli)*⟩,
co⟨*h(ors) I*⟩ *Breuc*⟨*or(um) c(iuium) R(oma-*
Ant⟨*o*⟩*ninian*⟨*a*⟩*.* [*norum*)⟩

n. 280 et 281 titulos esse gemellos recte monuit Winkelmann.

---

281. Pfünz. fragmenta sex tabulae calcariae (titulus impleverit olim spatium fere 60× 85 cm), reperta a) et f) 1890 in praetorio, b) et, ut conicio, etiam e) a. 1880 ad portam decumanam; b) edidit Ohlenschlager Sitz.-Ber. d. Bayer. Ak. 1887 p. 184; omnia praeter e) habes ORL. n. 73 p. 28 n. 6. 7. 8 (de hoc erratur); frg. b) servatur Monaci in museo nationali (catal. IV n. 772); frg. e) periisse videtur, sed vidi ectypon inter Ohlenschlageriana in antiquario Monacensi; a) c) d) f) sunt Eichstätt in museo.

CIL. III 11935 descr. Hirschfeld et Winkelmann; v. tab. 36.



v. ad n. 280.

282–5. Pfünz. fragmenta varia diversorum titulorum: v. CIL. III 11940 et p. 2328[201]; ORL. n. 73 p. 28 s. et p. 42; sunt Eichstätt in museo.

282 A) 

'fortasse *ex b(ene)f(icario)*' Hirschfeld. repertum a. 1890 in fundamentis sacelli S. Nicolai; imago ORL. p. 29 n. 3 (cf. p. 42 n. 2).

B) 

litterae miniatae; repertum cum A); imago ORL. p. 29 n. 4 (cf. p. 42 n. 3).

C) 

litterae altiores (fere 7 cm); repertum iuxta sacellum S. Nicolai; v. tab. 33 (ORL. p. 29 n. 5 = p. 42 n. 4).

D) 

repertum a. 1888 in praetorio; v. tab. 33.

E) 

repertum in castello; imago ORL. p. 29 n. 17.

F) 

litteris miniatis; repertum ad portam decumanam; v. tab. 33; ultima incertum sitne o an s (ORL. p. 29 n. 13).

G) 

repertum cum D); v. ORL. p. 29 n. 10 imago.

H) 

repertum cum D); v. tab. 33 (ORL. p. 28 n. 11).

I) 

v. tab. 33 (ORL. p. 29 n. 14).

K) 

fragmentum calcareum, repertum in praetorio; fuit ut videtur ⟨*appe*⟩*ll*⟨*ata*⟩ ut in n. 276 et 277; ORL. p. 29 n. 16 cum imagine.

L) 

ORL. p. 28 n. 12 (imago p. 29).

M) 

rep. in praetorio (ORL. p. 29 n. 15).

N) 

rep. prope sacellum S. Nicolai adhuc cm 15× 11×11, frg. arae; v. tab. 33 (inversum).

⟨*An*⟩*ton*⟨*ino*⟩ . . . . ⟨*prin*⟩*cip*⟨*i.*

286. Pfünz. tabella ahenea ansata (2,4× 4,6 cm), litteris punctim scriptis, reperta a. 1890 in cisterna castelli: ed. Winkelmann Eichst. Sammelblatt 5 (1890) p. 75; Fink Sitz.-Ber. d. Bayer. Ak. 1891 p. 439; ORL. n. 73 p. 21 Bronze 1; servatur Eichstätt in museo.

CIL. III 11937 (cf. p. 2328 [201]) descr. Hirschfeld; contuli; v. tab. 37.

ↄ CRISPI
PATERN

intellegendum *c(enturia) Crispi*; *Patern(i)*: nomen Paterni est militis gregarii; cf. Zangemeister ad CIL. XIII 6584.

---

287. Pfünz. tabella ahenea semicircula (diam. fere 5 cm) litteris bene punctis, reperta a. 1888 in cisterna tabernarum (n. 100): ed. Winkelmann Eichst. Sammelblatt 3 (1888) p. 65; ORL. n. 73 p. 36 Bronze 1; servatur Eichstätt in museo.

CIL. III 11938 descr. Hirschfeld; recognovi; v. tab. 37.



accipe: *t(urma) Flavi*; *Alpin(i)*; cf. ad n. 286.

---

288. Pfünz. tabella ahenea rotunda (diam. 4,6 cm) litteris punctim scriptis atque id bis, cum tabella iam usitata usui alterius postea adaptata sit. reperta a. 1890 in porticu principiorum: ed. Winkelmann Eichst. Sammelblatt 5 (1890) p. 75; Fink Sitz.-Ber. d. Bayer. Ak. 1891 p. 440; ORL. n. 73 p. 21 Bronze 2; est Eichstätt in museo.

CIL. III 11939 descr. Hirschfeld; recognovi; v. tab. 37.

T·
FLAVI
INVSRON
VICTORIS
CV
IAIVↄ

prior igitur inscriptio fuit: *c(enturia) Calvi*; *Nor⟨b⟩ani*, nam *S* potest haberi pro male formata B; altera *T(urma) Flavi*; *Victoris cu*; hoc Hirschfeld interpretatur *c(urator) v(eteranorum)*. res incerta.

hae tabellae (n. 286–288) affixa erant armis vel instrumentis singulorum militum.

289. Pfünz. lamina ahenea (Panzerbeschlag), cui impressa est aquila et varia ornamenta (19×7 cm). inscriptiones punctis litteris insunt duae, altera a) ad sinistram perparvis litteris, altera b) ad dextram marginem: Hettner Archaeol. Anzeiger 1893 p. 184; ORL. n. 73 p. 37, 8 cum tab. V 11. rep. in domo incertum qua canabarum; servatur Eichstätt in museo.

CIL. III 13558 = 15210; recognovi; v. tab. 37.

a) ↄ MEMORIS CERINI

lectio non plane certa; octava littera potest N fuisse pro S; insequens anceps an C an G, non plane abhorret lectio CERIALIS.

b) ›PATRV ▨ ↄMASVETI ▨ TERTI

haec igitur lorica fuit militis *Terti*, qui prius erat in centuria *Ma(n)sueti*, post in *Patru(ini)*.

289A. Pfünz. singulae litterae cupreae, partim inauratae, olim clavis in lapidibus affixae, minimum trium inscriptionum diversarum (pars alta 8 cm, pars 9 cm, duae fere 10 cm), repertae in castello ad portas vel alias (una *C* in templo Iovis) v. Ohlenschlager Sitz.-Ber. d. Bayer. Ak. 1887, p. 195; Winkelmann Eichst. Sammelblatt 3 (1888) p. 61; CIL. III 11941; ORL. n. 73 p. 12 et 21 cum tab. XIV 1–20; sunt Eichstätt in museo.

iunctae sunt in lapide adhuc IIII

A duae, C duae, E, G, I tredecim, L, M, N duae, O, P, R duae, S, V tres, X.

289B. Pfünz. anulus aheneus (diam. fere 2,5 cm), rep. in aedificio canabarum n. 33: CIL. III 13560, 3 = 15219[1]; ORL. n. 73 p. 37 n. 21 cum tab. IX fig. 7; Henkel d. röm. Fingerringe der Rheinl. 1913 n. 785 cum tab. XXXI. est Eichstätt in museo (non vidi).

$\frac{\text{DVI}}{\text{CIS}}$ i. *dulcis*.

289C. Pfünz. ex litteris scariphatis in variis vasculis (ORL. n. 73 p. 32) hae significare videntur militum nomina:

n. 5 (tab. IX) TVRSILBA = *tur(ma) Silba(ni)*?

n. 9 (tab. IX) ⟩IONISOPT = . . . *ionis opt(ionis)*.

---

290. Böhming. fragmenta varia arae calcareae (basis lata 57 cm, in agrum 33 cm; quae restant alta sunt fere 80 cm) litteris altis in initio 7,5, in fine 7 cm, reperta a. 1905 in ipso

sacello inter castelli portam princ. sinistram et balnea sito: ed. WINKELMANN ORL. n. 73a p. 11 n. 2 cum tab. II fig. 26; sunt Eichstätt in museo.
— recognovi; v. tab. 39.



fragmenta a) b) c) certis locis attribui non possunt, nisi quod a) sinistri erat marginis.

fragmentum d) recomposuit et explevit Winkelmann ut sequitur:

. . . . . .
. . . . . *Fo⟨r*
tuna⟩e red(uci)
⟨coh. I Br.⟩ Anto(niniana)
v. ⟨s. l.⟩ l. m.
Laeto II co⟨s. p. Chr. 215

initium fuerit quale CIL. III 10109 *Iovi optimo maximo, Iunoni reginae, Minervae, Saluti, Marti, Victoriae Augustor(um) Fortunae* eqs. — v. 1 ante F fuit A vel X — a) v. 3 prior P an R — b) v. 1 punctum incertum. v. 2 fuit O — c) hasta incerta, deinde C vel O.

---

291. Böhming. tabula harenacea (ᶜEllinger Sandstein³) ansata (76,5×140×30 cm) fracta in medio in partes fere pares; deficit angulus inferior dexter. litterae altae fere 7 cm olim miniatae: adsunt vestigia. reperta mense nov. 1898 ante castelli portam princ. sinistram: ed. HETTNER archaeol. Anzeiger 1899 p. 89; WINKELMANN et ZANGEMEISTER Limesblatt 1899 n. 32 col. 883 ss.; ORL. n. 73a p. 11 Stein 1; DESSAU inscr. sel. 5338. servatur Eichstätt in museo.

CIL. III 14370² descr. Zangemeister; recognovi; v. tab. 39.

IMPCAESLV|CAVRANTONO sic
AVGC / / / / / |/ O ARMENPARTH sic
GERMNSARM|RBPOTVICOIIIP
SPICIOCERIA|EGAVGRRVEX
LEGIII ITALVL|WECECAIVL
IVLINO›EGIII|ALEMPORASCM
TRRBIIII PER|ECABALFORE
EGIIIALRAPC|OHBRMPIIIBR a. 181

v. 2 nomen *Commodo* erasum, post calce et minio restitutum — nomen imperatoris non recte redditum est ab lapicida provinciali.

accipe:
imp(eratore) Caes(are) Luc(io) Aur(elio) Antoni(n)o Aug(usto) Commodo Armen(iaco) Parth(ico) Germ(a)n(ico) Sarm(atico), trib(unicia) pot(estate) VI, co(sule) III, p(atre) p(atriae) Spicio Ceriale leg(ato) Aug(usti) pr(o) pr(actore) vex(illarii) leg(ionis) III Ital(icae) vallum fece(runt) c(uram) a(gente) Iul(io) Iulino c(enturione) leg(ionis) III Ital(icae) item portas cum turrib(us) IIII perfec(tas) ab Ael(io) Forte, c(enturione) leg(ionis) III Ital(icae), praep(osito) coh(ortis) I Br(eucorum), imp(eratore) III Bur⟨ro cos(ulibus)⟩.

de Q. Spicio Ceriale leg. Aug. cf. n. 279 et n. 178. v. 6 syntaxis minus dilucida: videntur vexillarii leg. III portas incohasse, perfecisse milites coh. I Br.

Miliarium rep. Sollern prope Kelheim v. n. 486.

291A. Donnstetten (Oberamt Urach). ᶜin der Ortssammlung Kragenschüssel (Dragendorf 38) mit Graffito . . . auf der Außenseite' GOESSLER Fundberichte aus Schwaben 16 (1908) p. 55 cum tab. III 17; HAUG-SIXT² p. 71; non vidi.

IIMIIRIT

Emerit(us) an *-t(i)*.

---

292. Urspring non longe ab Ulm. tabella rotunda (diam. 32 mm) aerea, litteris punctis, reperta a. 1904 in principiis castelli: ORL. n. 66a p. 34 Bronze 1 cum imagine (tab. IV 27); CIL. XIII 10027, 215; HAUG-SIXT² n. 505a) p. 76 cum imagine. servatur Stuttgart in museo.

CIL. XIII 10027, 215 descr. Fabricius; non vidi; v. tab. 40.

›ATTI
CENSO
RINI

accipe: *c(enturia) Atti(i): Censorini.* de talibus tabellis cf. ad n. 286 ss.

---

293. Lorch (OA. Welzheim). fragmentum harenaceum (ᶜLiassandstein³) ab omnibus partibus mutilum (quae extant sunt 36×33×27 cm),

rep. a. 1843 ‘in Lorch’ Würtemb. Jahrb. 1843, 1 (ed. 1845) p. 63 (inde OAB. Welzheim 1845 p. 118). Stälin catal. mus. Stuttg. 1846 n. 46. ‘die ursprüngliche Kirche . . . welche jetzt als bürgerliche Wohnung dient, . . . an der südwestlichen Ecke zunächst der Erdfläche’ Paulus Grenzwall 1863 p. 13; Brambach inscr. Rhen. n. 1566; Haug Bonner Jahrb. 55 p. 156; ‘Gef. 1843 an einem sehr alten Gebäude (Taf. I N. 3)’ ORL. n. 63 p. 4 cum tab. II 3; Haug-Sixt² n. 77 cum imagine. servatur Stuttgart in museo.

CIL. XIII 6524 descr. Zangemeister; recognovi; v. tab. 40.



v. 1 in. potest fuisse *-olis*, potest et ƎLS, ut accipias ⟨*Fi*⟩*delis*. v. 4 in. cernitur hasta recta, imposita *i*; vix fuit L, cum intervallum usque ad litteram insequentem angustius sit, videtur fuisse N. v. 5 in. non fuisse videtur, ut Zangemeistero Haugioque visum est, F, potius E i. *et*.

v. 6 capita trium litterarum adsunt, incertae interpretationis: *sit v(obis) ⟨t(erra) l(evis)⟩* voluit Haug, vix recte.

ego (alii alia) sic interpretor titulum: praecesserunt nomina quattuor (patris, matris, coniugis, filii), tum sequebatur ⟨*Fi*⟩*delis domo* . . . . . | ⟨*n*⟩*eg(otiator) art(is) cr*⟨*etariae*⟩ | ⟨*o*⟩*bitis parent(ibus)* ⟨*carissim(is) et*⟩ | ⟨*co*⟩*ni(ugi) incomp(arabili), q(uae)* ⟨*vixit annos*⟩ | . . ., *et fil(io) dule(issimo)*, ⟨*qui vixit annos . . .*⟩, | ⟨*et sibi vivus faciendum curavit*⟩.

---

294. Lorch. ‘Über dem Westportal der Klosterkirche ist ein römischer Architrav mit Inschriftresten eingemauert (abgeb. Taf. II Fig. 4 nach einer Skizze Hettners), dessen Mittelstück im Jahre 1879 durch einen modernen Stein ersetzt worden ist. Der Architrav hatte ursprünglich eine Länge von 3,20 m [Höhe 70 cm], erhalten ist nur noch der Anfang in einer Breite von 62 cm und das Ende in einer Breite von 58 cm. Auf den beiden Blöcken steht nur ganz oben je eine Zeile Buchstaben, die weiteren Zeilen müssen deshalb geringere Länge gehabt haben’ ORL. n. 63 p. 4 Stein 2; vidit primus Paulus Württ. Alt.-Verein II 2 (1875) p. 95 et Württ. Jahrbücher 1877 fasc. 4 p. 54; cf. et Paulus filius Schwäb. Kronik 1879 mart. 6; Herzog Grenzwall: Württ. Vierteljahrshefte 3 (1880) p. 100; Haug-Sixt² n. 76 p. 135. fuit sine dubio inscriptio olim portae castelli imposita, qua exstructum vel renovatum imperatori nescimus cui dedicatum est.

CIL. XIII 6523 descr. Zangemeister; non vidi.



---

295. prope **Schwäbisch-Gmünd.** Rep. a. 1888 ‘unter einem Steinhaufen auf dem Sträßchen, welches vom Schierenhof nach Strassdorf führt; jene Steine waren aber vom Schierenhofbauern aus dem Praetorium abgefahren worden’ ORL. n. 64 p. 7 Stein 2 cum imagine; cf. Herzog ap. Zangemeisterum Westd. Zeitschr. 9 (1880) p. 8; Haug-Sixt² n. 66 p. 129 cum imagine. — fragmentum tabulae (non arae nec baseos) ex lapidis genere ‘gelber Liassandstein α’, adhuc 16×24×4,5 cm; litterae altae 3,5 et 2,1 cm; extat Gmünd in museo Erhard.

CIL. III 11924 descr. Zangemeister; v. tab. 40.



v. 1 ‘der letzte Buchstabe kann kein B sein’ Haug, recte ut videtur, idem suo iure coniecit explendum esse *lim*⟨*itanea*⟩ tabulamque continuisse dedicationem castelli per cohortem I piam fidelem limitaneam Raetorum in honorem fortasse Alexandri Severi. omnino improbabilis est coniectura Zangemeisteri agi de Fideli librario cohortis Raetorum. miro mirius quod Barthel (VI. Ber. d. Röm.-Germ. Comm. 1913 p. 174) litteras RAET suppositicias arbitratur.

---

296. prope **Schwäbisch-Gmünd.** fragmentum harenaceum (‘Weißer Keupersandstein’) adhuc fere 37×43×16 cm, repertum a. 1892 in ipso castello Schierenhof; servatur Gmünd in museo Erhard. est caput cippi supra pyramidati, ornati luna dimidia: v. ORL. n. 64 p. 7 Stein 3 (cum tab. II 7); Haug-Sixt² n. 69 p. 131.

CIL. III 11925 descr. Zangemeister; non vidi.



---

297. prope **Schwäbisch-Gmünd.** ‘Auch hat der Besitzer des Hofguts (Schierenhof) im Jahre 1824 einen Grundstein mit einer Inschrift

ausgeackert, leider aber denselben zu einem Staffeltritt verwendet, durch dessen Gebrauch jener so verdorben wurde, daß Hauptmann von Dürrich kaum noch die römischen Buchstaben H.V.L entziffern konnte' Gok der römische Grenzwall (1847) p. 32. de eodem ut videtur lapide: 'Vor Jahren grub man hier einen Stein mit Inschrift aus, der leider zu Straßenmaterial verwendet wurde' OAB. Gmünd (1870) p. 171; v. ORL. n. 64 p. 2 et p. 7 Stein 7; Haug-Sixt² n. 67 p. 130; CIL. III 14370⁶.

---

298. prope **Schwäbisch-Gmünd.** 'Bruchstücke der Inschrifttafel der porta dextra aus grauem Sandstein, welche mit vergoldeten Bronzebuchstaben verziert war. St(uttgart) M(useum). Es wurden im Jahre 1888 aufgefunden an der porta dextra zwölf Buchstaben losgelöst von der Tafel und außerdem Bruchstücke der Tafel, die so zertrümmert war, daß nur ein größeres und ein ganz kleines wertloses Stück aufbewahrt wurden. Das Blech der Buchstaben war knapp einen mm dick; es war an jedem Ende des Buchstaben mit einem eisernen Stift in die Steintafel eingekittet. Die Größe der Buchstaben wechselt zwischen 90 und 75 mm . . . die Höhe der einzelnen Zeilen verschieden . . . 1) 90–88 mm hoch sind die Buchstaben I, N, T vermutlich auch A, O, S, bei denen es nahe liegt an *Anto[ninus]* zu denken, 2) etwa 86 mm hoch sind A, M, T und vielleicht I, 3) etwa 75 mm hoch ist X und vielleicht T . . . Das erhaltene Steinfragment, abgeb. Taf. II Fig. 3, ist auf der Oberseite fein geglättet; zwei Linien sind vorgerissen, damit die Zeilen gerade würden' ORL. n. 64 p. 6 Bronze n. 8 (cum tab. II 2. 3); cf. Haug-Sixt² n. 65 p. 128 s.; L. Mayer Jahrb. d. arch. Inst. 4 (1889) p. 176; Westd. Zeitschr. 9 (1890) p. 284; CIL. III 13543; 14370⁷.

298ᴬ. prope **Schwäbisch-Gmünd.** anulus argenteus, diam. 15–17 mm, repertus in castello Schierenhof: ORL. n. 64 p. 6 cum tab. III fig. 14; Haug-Sixt² n. 72 p. 132; Henkel die röm. Fingerringe der Rheinl. 1913 n. 1989 p. 176. non vidi.

MIN

accipe: *Minervae*; cf. CIL. XIII 10024, 22.

---

299. Unterböbingen. 'Gefunden Frühjahr 1896 beim Kastell . . . Grauer Sandstein. Höhe noch 17, Breite noch 14, Dicke noch 10 cm (hinten ungleich abgebrochen) . . . jetzt in Stuttgart Lapid. n. 346ᵈ' Haug-Sixt² n. 64 p. 128. CIL. III 14370⁵ ex Haugio; contuli; v. tab. 40.



'der erste Buchstabe ist wohl T, der dritte L oder E; Z. 2 der letzte Buchstabe wahrscheinlich E, so daß der Name *Appuleius* oder *Appuleia* vermutet werden kann' Haug. v. 1 potest fuisse *vet(eranus) al(ae) ⟨II Fl(aviae)⟩*.

---

300. Unterböbingen. 'Der Buchstabe I aus ganz dünnem Bronzeblech, 83 mm lang, 9 mm (ohne die Querstriche) breit. Auf der obern Seite stark vergoldet, mit 3 Nagellöchern zur Befestigung versehen. Gefunden (Herbst 1892) an der Porta sinistra' ORL. n. 65 p. 6 Bronzen 2; Haug-Sixt² n. 62 p. 127.

superstat ex titulo dedicatorio castelli: cf. n. 289ᴬ. 298. 303ᴬ. 310ᴬ. al.

Unterböbingen, diploma militare v. n. 516.

---

301. Aalen. 'Drei aneinanderpassende Bruchstücke aus weißem Jurakalk, 40 cm hoch, 50 cm breit, 39 cm tief. Das Gesims und der andere Teil sind abgeschlagen, die rechte (lege: linke) Seite ist durch Abmeißeln der Oberfläche eines Streifens etwa von der Breite eines Buchstabens verletzt . . . Gef. 1897 „etwa 60 m vor der Praetorialseite des Kastells in nächster Nähe des Kriegerdenkmals“' (Steimle): ORL. n. 66 p. 17 (cum fig.) Stein 2; Haug-Sixt² n. 493 p. 116 s. (cum imagine). lapis servatur Stuttgart in lapidario (n. 302).

CIL. III 15209¹ ex Haugio; recognovi; v. tab. 40.



in v. 2 ultima non certo est L, potest fuisse E; gentile igitur non fuit *Sledius*, vix *Stledius* (sic Haug), potest *Seiedius* a *Seio* (cf. W. Schulze, lat. Eigennamen p. 436 ss.); intellege: *⟨F⟩ortun⟨ae⟩ | ⟨s⟩ac(rum) Q. Se⟨i⟩edius Qui(rina) | Proculus | et Ael . . .*

302. Aalen. ‘Inschriftfragment ... Sandstein. Höhe und Breite noch c. 10, Dicke 5,5 cm ... die Buchstaben sind 4 cm hoch ... wurde September 1894 an der Porta dextra des Kastells gefunden ... jetzt in Stuttgart, Lapid. n. 344’ Haug-Sixt² n. 52 p. 118; Steimle St. Anz. f. Würt. 1894 12. Okt.; ORL. n. 66 p. 17 Stein 3.

CIL. III 14370³ ex Haugio; contuli; v. tab. 40.



pars tabulae dedicatoriae castelli, ut videtur. tertium adfuisse versum docet linea quae superiores litterarum fines derigebat. v. 1 A certa, altera littera fuit R, non F; cum in v. 2 certo legatur acclamatio *imp.*, potest in v. 1 infuisse *P⟩ar⟨t(icus)* vel *S⟩ar⟨m(aticus)*.

303. Aalen. ‘Der Stein hatte einen Sockel, der obere Teil aber war abgeschlagen und damit der Anfang der Inschrift. Diese ist nur in einer offenbar unrichtigen Abschrift des Oberreallehrers Hägele ... überliefert. ... Dolomitstein vom Härtsfeld. Maße unbekannt. Im Sommer 1883 südwestlich von der Stadt auf dem Besitztum des Fabrikanten Wilh. Seydelmann gefunden, bald darauf aber verloren’ Haug-Sixt² n. 51 p. 117; inde ORL. n. 66 p. 17 Stein 1.

